citerne. Et salvo quod aliquis capitaneus aliquorum
terrarum de dicto comitatu possit cognoscere et terminare de
questionibus civilibus tantum usque in quantitatem .C. soldorum
et non ultra simpliciter et de plano sine strepitu et
figura iudicii. Et si aliquis dominus capitaneorum
de maioribus comitatus cognoverit in .xxv. libris denariorum pu-
niatur. Et quod factum fuerit non valeat ipso
iure.

Quod nullus iudex forensis possit consulere in aliqua causa. Et non possit peti consilium sapientis nisi bis tantum — xxvi.

Item statuimus et ordinamus quod nullus iudex forensis qui habeat
officium in dicta civitate Castelli suo durante officio secrete vel
palam possit consulere in aliqua causa vertente inter aliquos de
civitate vel comitatu Castelli vel inter cives vel comitatenses
et forenses castellanos vel forenses castellanos, nec possit
eis committi vel delegari aliqua causa cognoscenda per aliquem
officialem dicti communis pena xxv librarum. Et quod si consentient in predictis
nec possit vel debeat in aliqua lite vel causa vertenti coram
aliquo ex iudicibus antedictis peti nec concedi consilium sapientis
per aliquam partem nisi bis tantum pro qualibet parte et non
ultra expensis petentis, post litem contestatam nec vel sic
ante litem contestatam nec ultra sic consilium nullatenus
concedatur vel peti possit. Et si contra dictum consilium petitur
iudex circa quod dicta questio ventilatur non possit in
dicta causa procedere donec dictum consilium habeatur. Et si peteret
non teneatur expectare cum consilium forma dicti statuti
sed teneatur et debeat. Salvo quod non possit peti
nec concedi consilium super aliqua causa vel questione in qua secundum
formam statuti non liceat appellare. Et predicta locum
habeant in questionibus civilibus tantum, et iudex qui
contrafecerit in predictis seu aliquo predictorum condempnetur in xxv libris denariorum.

De sententiis et pronuntiationibus exequendis — xxvii.

Item statuimus et ordinamus quod omnes sententias et pronuntiationes
latas per potestates et presentes officiales communis pro quibuslibet
cum creditoribus post lapsum termini x dierum
computandorum a tempore pronuntiationis earum potestas et eius
iudex et ceteri officiales communis exequantur de facto realiter
tantum ad certam libram, infra quam x solidorum vel librarum realiter et
personaliter, dando omni tempore executorem vel executores
in x dies postquam petitum fuerit quod predicta
fiat. Cum autem non pendeat per appellationem vel
per petitionem restitutionis in integrum vel nullitatis
seu quibuscumque remediis tentatis fuerint. Et quotiens potestas
vel eius iudex predicta fieri renuerint totiens de

ipos feudo paiant .xxv. lib. d. singulis ad petitionem cuilibet
sindici communis eos de pignare teneatur et eorum pignationes
exiusse prout. Et exequatur etiam diebus feriatis pro feri
atis ut dicitur etc. Et predicta locum habeant in masculis
feminis, et ad presentia predicta et futura.

De tenutis reddendis. ——— xlviij.

Item statuimus et ordinamus quod cuilibet de comunitate vel
contatu castelli detur tenuta libera et expedita. Forensi
bus nulla detur tenuta rei mobilis expedita quam
aliquis civis vel comitatensis ... ad venditionem necessaria fa
cienda de dicta tenuta vel adiudicatione ... sed apud
personam ... dicte comunitatis vel comitatus ad petitionem talis
creditoris forensis, maiorum predictis deponatur. Et ille apud
quem tenuta deposita fuerit teneatur et debeat ipsam rem
depositam ad petitionem creditoris facta adiudicatione vel
venditione restituere et integraliter readsignare tali
creditori. Et de facta depositione credatur baiulo deponenti
in uno teste plene probante. Et quod si tenuta data
alicui rei mobilis vel inmobilis alicui creditori, relationi
baiuli quod scripta reperiatur in actis, et presumatur dicta tenuta
rite gesta.

De exbapnitis pro debito rebapniendis. ——— xlviiij.

Item statuimus et ordinamus quod si aliqua persona fuerit exbapnita
pro debito, et si solverit debitum pro quo fuerit exbapnita, ipsa
persona debeat rebapniri et rebapnita habeatur
creditori suo debito satisfacto, de cuius debiti solutione
stetur ... parte sacramento creditoris quod talis persona
fecerit exbapniri.

Qualiter procedatur contra detinentes debitores. ——— xx.

Item statuimus et ordinamus quod si aliqua persona comunitatis vel
comitatus castelli debet aliquam quantitatem alicui persone, et si fuerit
citata et non potuerit ad terminum sibi assignatum ulterius
satisfacere creditori quod debet requiratur maiorum potestatis
p

per baiulum comunis, ut satisfaciat creditori ad terminum sibi
adsignatum. Et si non satisfecerit creditori, requiratur castrum
vel villa in qua vel quo moratur debitor, et se receptat
propter quod non det ei favorem facere detineri et cogendo satisfaci.
Et precipiatur universitati ipsius quod talem debitorem non
permittat stare vel habitare in tali loco, et si contrafecerit
potestas teneatur eos facere exbanniri quousque creditori
fuerit satisfactum de sorte dampnis et expensis et interesse.
Et teneatur potestas et eius curia creditori dare auxilium
et favorem ad petitionem si creditor voluerit. Et hoc
locum habeat in omni contractu facto inter cives ab aliquo
de civitate vel comitatu cum aliquo de comitatu castri vel ville.
Et si universitas contrafecerit teneatur potestas talem univer-
sitatem compellere ad satisfactionem debiti creditori
et expensis vel debitorem ad petitionem creditoris consignare.

De arbitris et laudis — XXI.

Item statuimus et ordinamus quod laudia et arbitria
lata et facta per aliquam personam in qua partes compromiserint
potestas et eius iudices firma et rata teneant et tempore
faciant sive diffinitum vel laudatum fuerit super hiis de
quibus in eum vel eos compromissum fuerit. Salvis semper pactis
conditionibus et stipulationibus inter contrahentes factis vel missis et
obstensis. Et si arbiter vel arbitri postquam in eum
vel eos fuerit compromissum diffinire et pronuntiare noluerit
inter partes, potestas vel eius iudices visis compromissis vel
habita fide a partibus compellat ipsum vel ipsos arbitros
ut concordet et diffiniat questionem ei factam ab aliqua
parte requisiti infra .xxx.ta dies postquam factum ei vel eis
receptum iam potestati vel iudicibus. Et si predicti arbitri
non concordaverint vel infra .xxx. dies non receperint de hiis
de quibus fuerit in eos compromissum sive receptum omnes factum, nisi
iusta causa fuerint impediti vel excusati cogantur stare in uno
loco sine potu et cibo donec receperint et laudaverint
inter partes predictas. Et quod ad petitionem arbitrorum vel
partes sint constricti per potestatem vel eius iudices simili

modo et forma quadmodum constricti sunt arbitri ad peti
partium et debeant stare constricte dicte partes dictis sent(entiis)
dictorum arbitrorum. Item compromissum duret per annum a die
quo compromissum fuerit initum et non ultra, etiam si in
ipso compromisso de ulteriori tempore caveatur. Post annum
completum expiret et expirasse intelligatur ipso iure
Et omnia lauda que sequentur ex eis seu ex occasione
eorum post lapsum anni predicti non teneant ullo modo
Et si in aliquo compromisso in facto vel sentencia reperiatur
comprehensum quod arbitri possint semel et plures
laudare ubicumque et quotiens [illegible] fuerit vel similia non
possit [illegible] nisi semel laudum ferre infra dictum annum
Et compromissum exeundi rigore in se sit vel dicti in posterum
una vice laudatum. Ex tunc intelligatur. Intelligi
debeat quod adeo sit ut amplius laudari non possit ipso
iure, nullo iure obstante quod arbitri sibi vel alteri laudandi
potestatem [illegible] vel in posterum reservabit. Item quod
si aliqua lis vel controversia oriretur inter consanguineos vel
coniunctos aut affines. Dominus potestas et iudices consanguineos
vel coniunctos vel affines predictis teneatur et debeat ex
potestate quod iudex de facto compellere litigantes predictos sub
certa pena arbitrio potestatis vel iudicis de facto auferenda
compromittere in unum vel duos vel quotiens si aliquis vel aliquos
de parte de iure et facto. Et si sunt agnati vel co
gnati litigantes fiat compromissum in aliquem vel aliquos
consanguineos agnatos cognatos vel affines communes
utriusque parti [illegible]. Si vero erunt affines
litigantes tunc quilibet possit eligere consanguineum suum
licet non sit consanguineus alterius. Et quod laudatum fuerit
per talem vel per tales arbitros per dictum officialem de facto
executioni mandetur sicut si laudo steterint nulla
exceptione obstante. Et ille talis seu illi tales
in quem vel quos fuerit compromissum, nisi causa absentie
vel infirmitatis impediti fuerint, nullo modo se
valeat excusare. Sed per potestatem [illegible] sunt
[illegible] compromissum [illegible] vel eos de facto cogantur
[illegible] laudare. Et que dicta sunt circa compromittere non
vendicent sibi locum in quo debitores [illegible] petere
executioni quar pro aliquo debito pecuniario, nam in

Nō pōt fieri compromissum ubi sunt instrumenta guarantigie vel [illegible] has de forma.

q

fideiussoribus consortiis et consortiis de causis. Et predicta
locum habeant ad futura commissa tantum. Et quod in
casu in quo appellaretur ab aliquo laudo seu peteretur
reduci ad arbitrium boni viri infra decem dies
a die scientie lati laudi vel arbitrii aliter non audiatur.
Et dictis casibus appellationis vel reductionis ad
arbitrium boni viri infra quattuor menses proxime
subsequentes a die interpositionis talis appellationis
vel petitionis facte terminare. In quibus casibus
possit cognosci et terminari servato processu mensium
et [illegible] etc. Quod si non fuerit decisum et terminatum
infra dictum tempus laudum seu arbitrium firmum
remaneat et plenam optineat roboris firmitatem.
Et quod dictum laudum seu arbitrium nullo modo possit
obviari vel opponi.

De salariis arbitrorum — XXI

Item statuimus et ordinamus quod arbitri vel arbitratores si voluerint
possint debeant recipere pro eorum salario sex denarios scilicet
a qualibet parte tres denarios de qualibet libra et non
plus de omni eo quod dixerint vel preceperint inter partes
non obstante aliquo pacto vel conventione facta de maiori
salario inter partes et arbitros. Et curie nuntius teneatur
ad petitionem eorum requirendum citare partes quod [illegible] compareant
coram eis, et talis citatio valeat et teneat
et plenum habeat effectum. Et dicti arbitri possint dare
licentiam requirendi tales partes et testes. Et hec locum
habeant ad sententias [illegible] et [illegible].

De executione sententiarum et laudorum — XXII

Item statuimus et ordinamus quod iudices [illegible] et
alii officiales [illegible] teneantur et debeant mandare executioni
precepta et arbitramenta realiter et personaliter [illegible]
[illegible] salario. Et nullus iudex vel officialis possit
[illegible] arbitrium vel arbitratorum arbitramentum nec eis
aliquam gravamen inferre contra formam premissam. Et si contra
factum non valeat. Et solvat iudex vel officialis qui contrafecerit
pro qualibet vice ipso causa [illegible] XII denarios. Et [illegible]
[illegible].

De precepto guarentigie — xxiiij

Item statuimus et ordinamus quod notarii civitatis ca
stelli et comitatus et etiam forenses qui rogaverint alia
instrumenta in dicta civitate vel comitatu teneantur et debeant
ponere in predictis preceptum guarentigie debitoribus vel
alligatis promittentibus sive uno et omnes in eis contentis ob
servent ea que in predictis continentur sub exceptione ex
ceptione omnium [illegible] et per preceptum habeat vim
sententie et confessionis. Et potestas et quilibet alius iudex
offitialis qui pro tempore fuerit in sua iurisdictione predicta teneat
et debeat facere observari omnia et singula contenta in predictis
guarentigie ad petitionem creditoris vel suorum heredum
vel unius sive plurium contra principales debitores vel eorum
heredes et fideiussores et etiam eorum fideiussores per captionem personalem
et realem prout creditori et heredibus suis ab eo vel suis
heredibus placuerit in decem dies continuos postquam petitum
fuerit executioni mandare. Et debeant fieri citatio
hoc modo. Ad petitionem creditoris citetur debitor
vel eius heredes ex parte iudicis quod infra decem dies con
tinuos compareat ad opponendum et probandum exceptionem
solutionis vel satisfactionis nullitatis vel falsitatis
quas exceptiones tantum debeat et possit opponi contra tale
preceptum guarentigie et debeat et possit probari per con
fessionem partis vel procuratoris et ecclesiastici vel instrumentum
solutionis vel quietationis vel per partem dominum notarii
in presentia vel absentia vel saltem per duos testes ydoneos.
Contra quorum preceptum guarentigie non possit opponi vel
probari aliqua alia exceptio. Quibus x diebus elapsis
si non fuerint opposite et probate dicte exceptiones vel
aliqua earum ad petitionem creditoris vel eius heredis vel heredum
eius et ab eis potestas iudex et quilibet alius ut eos non
audiendum per dictum eum sine aliqua alia citatione de novo
facienda de reo teneantur et debeant de facto tale con
ceptum guarentigie executioni mandare in sorte et expensis
et in omnibus contentis promissis realiter et personaliter contra
debitores vel eorum heredes vel successores. Et facta execu
tione personaliter possit reducere ad realem et contra usque
ad integram satisfactionem. Et detineatur debitor in
carceribus communis quousque fuerint satisfacti de sorte et
expensis ad voluntatem creditoris. Et pro executione
facienda potestas et iudex teneantur et debeant ad petitionem

creditoris vel ad instantiam sui substitutum iura ab eo dare
baiulatores et bernarios executores pena .C. librarum
denariorum parvulorum contrafacientes pro qualibet vice. Et debeat
habere dictus bernarius pro suo salario videlicet octo
denarios parvulorum pro qualibet capto in civitate. Et duodecim denarios pro
qualibet extra civitatem in comitatu et pro qualibet capto. Et si non caperit
et in carcere eum non duxerint nichil debeat habere.

A precepto guar. non potest appellare.

Item dicimus quod nullus possit appellare a pronuntiatione vel ab executione instrumenti guarentigiati nec ab aliquo
precepto guarentigiato. Et si aliquis appellaverit non
audiatur appellans et incurrat penam x librarum denariorum
parvulorum pro qualibet et qualibet vice. Item quod potestas iudex vel
aliquis alius offitialis non possit nec debeat habere
aliquod consilium sapientis vel colloquium super aliquo
precepto guarentigiato vel aliquo precepto guarentigiato
pena xxv librarum denariorum parvulorum et qualibet vice. Et debitor
qui fuerit captus et detentus non possit facere aliquam
conventionem cum creditore vel alia persona quamvis fuerit
detentus sine presentia potestatis vel iudicis et presentia et consensu duorum vel trium consanguineorum dicti
debitoris detempti. Et si factus fuerit presumatur metu
dolo vel fraude factum et non valeat ipso iure. Item
quod nullus iudex possit cassare vel irritare aliquod
preceptum guarentigiatum quamvis fuerint opposite et probate
exceptiones vel allegationes. Et si cassaverit seu vel
irritaverit ipsa cassatio vel irritatio non valeat. Et
nichilominus tale preceptum guarentigiatum debeat executioni
mandare non obstante cassatione vel irritatione
aliqua. Item quod potestas vel iudex vel alius offitialis
qui habeat iurisdictionem [illegible] debeat [illegible]
recipere iuramentum ab eo qui petierit executionem
instrumenti guarentigiati quod non creditor [illegible] petita. Et quod
non est satisfactum in toto vel in parte. Item statuimus
quod hoc capitulum guarentigiati in omnibus singulis suis partibus
habeat locum in omnibus instrumentis et preceptis guarentigiatis factis et
celebratis in civitate vel comitatu castris terris
[illegible] vel [illegible] ad [illegible] et omnibus aliis
[illegible] statutis et decretis existant supra [illegible]

Siamq3 nostri civis comitatum vel forensem. In istis
no 7 preceptis quarentigiatis ex civitate 7 comitatu scriptis p
quoscumq3 notarios obseruetur hoc modo, quod executio fiat
per forensem si in terra 7 loco unde est forensis quarentigia
vel equipollentia verba illius loci obseruentur 7 ipso forte
secundum mandamus vel et non alio modo. Si autem in
forensis vel cives nostros vel comitatus obseruetur
hoc capitulum 7 omni parte sui in quocumq3 loco fuerit celebratus contractus quarentigie et preceptum notarum.
In istis non quarentigie fiet inter forenses extra
civitatem 7 comitatum non vendat locum hoc capitulum sed
sibi fuerint cives tunc. Et contra in eodem capitulo
[illegible] in istis quarentigiis, que de se legitima apparet
in aliis non describitur non liquidis apparentibus
procedatur modo et forma dicti huius capituli et contentis, dum tamen
executio non fiat nisi primo legitimis 7 probentur.
Salvo quod si aliquis tamen [illegible] patris matris avi
vel avie, fratris sororis, filii vel filie peteret aliquid
istorum quarentigiatum executioni mandari, et reus fuerit
contumax, iudex absque aliqua alia legitimatione mortis
vel successionis debeat procedere ad executionem
faciendam. Et si dictus petens repertus fuerit in mendacio
condempnetur in [illegible] libris den. Et talis [illegible] non
valeat ipso iure. Item dicimus quod scripture
privatis manu cuiuscumq3 persone scripte 7 subscripte, in quibus
vel quibus contineatur aliquem confessum fuisse aliquid promisisse
alicui dare vel facere [illegible] causa 7 in [illegible]
duorum testium debitum, in ea scriptura, si qua reperiatur
ante diem [illegible] dicte scripture apposite dictum dari
debeat plena fides sicut si talis scriptura dicta esset publica
istorum quarentigiatum manu publici 7 fidedigni
notarii. Et quod de scripture private mandentur
executioni realiter 7 personaliter ac si essent publica
istrumenta quarentigiata. Et hoc locum habeat ubi [illegible] quod
possint de iure [illegible] forma statuti [illegible]
obligare 7 non aliter.

Pari passu procedatur
in scripturis privatis

Quantum accipiant Notarii Banchariorum ——— xxv.

Item statuimus et ordinamus quod notarii banchariorum pro eorum
salario accipiant de scripturis scriptis et scribendis et non
ultra ad penam quinque solidorum denariorum pro qualibet et qualibet vice quod
offensum per iudicem comunis quod si ultra fuerit quod premium debeat
de facto auferri. In primis de qualibet citatione fienda
extra per pulsarum penes decretum .xii. denarios. Et si plures
fuerint citati a primo citra sex denarios pro qualibet. De qualibet
citatione fienda ad respondendum de iure sex denarios et
si plures fuerint citati a primo ultra duos denarios. De
qualibet presentatione vel actus sex denarios. De
citatione fienda ad tubam duos solidos. Et si plures
fuerint citati a primo citra pro qualibet sex denarios. De presen-
tatione dicte citationis sex denarios. De qualibet citatione factum
testium et partis duodecim denarios. Et si plures fuerint
a primo citra pro qualibet denarios. Et de iuramento testium
duodecim denarios. Et ab inde ultra pro parte. Et ab inde
citra duos denarios pro qualibet. De prestatione partis et iuramenta
testium sex denarios. De littera [illegible] testis vel partis
ad respondendum positionibus et similibus pro qualibet quatuor denarios.
De aliis non citationibus sex denarios pro qualibet. De qualibet
petitione et formatione processus et commissionis duos
duos solidos. De preemptatione exequtionis [illegible]
et subscriptione cedule tenute et detentionis [illegible]
quantumcumque sit ab libra infra duos solidos denariorum. Ab inde ultra
usque in .x. libras quatuor solidos denariorum. Ab inde ultra pro qualibet
extendatur unus solidus denariorum. Et si plures fuerint obligati
quos preemptati fuerint a primo citra pro qualibet
denarios. Et pro qualibet preemptatione et interlocutoria
sine petitione unum solidum. Si vero cum petitione solvat
ad rationem preemptationis facte. De petitione facienda
decreto pro qualibet carta duos solidos. De relatione tenute
rei mobilis ex primo decreto octo denarios. Et si
plures fuerint res mobiles a prima citra quatuor denarios. De
rebus non immobilibus unum solidum. Et si plures fuerint res
immobiles a prima citra sex denarios. De qualibet capitulatione
tenute fienda in quaterno unum solidum denariorum. Et pro
presentatione dicte capitulationis sex denarios. De qualibet termino
et dilatione .iiii. denarios. De qualibet capitulis sex denarios.

De productione cuiuslibet testis sex den. Et si plures scripture producte fuerint per diuersos notarios, a primo sex et pro qualibet quattuor den.
De libellis, peticionibus, exceptionibus, responsionibus, replicationibus, dupli
cationibus et aliis actis similibus occurrentibus, pro qualibet latere
duos solidos. De productione positionum positionum et articulorum
pro qualibet latere duos solidos. De responsione positionum si fuerint
vna vel due, pro qualibet quattuor. Abinde citra pro qualibet
duos den. Pro confessatis et deliberatis super confessis et negatis
positionibus. Pro citatione extimatoris tenute ad petendum
pro qualibet quattuor den. De sua extimatione tenute duos
den. De qualibet adiudicatione c. l. et abinde
x sol. den. abinde citra pro qualibet extendendo quamque sol. Dummodo
non ascendat summa quantitatis xl sol. den. pro prima scriptura.
De qualibet sententia diffinitiua a c l. et citra x sol. abinde
citra usque ad c l. libr. xx sol. abinde citra quantacumque
ascendat quantitas xl sol. den. pro prima scriptura. De tenuta
vero vendenda ex suo decreto duos sol. Et si plures fuerint
vero a prima sex den. De contestatione litis et iuramento
calumpnie a qualibet parte duos sol. De examinatione
testium pro qualibet notario et qualibet carta dummodo fuerit
forma breuis collegii notariorum quattuor sol. De
vendendis scriptis quorumcumque actorum et testium recipiat
quattuor sol. pro qualibet carta.

De Execucione testorum et ultimarum voluntatum relictorum
et legatorum. — xxvj.

Item statuimus et ordinamus quod si ecclesie vel locis reli
giosis vel aliis quibuscumque personis fuerit aliquod relictum
vel legatum in testis codicillis vel aliis ultimis volunta
tibus, quod potestas iudex teneatur et debeat facere dari
soluj et tradi ei vel eis cui vel quibus aliquid aliquod
legatum vel relictum fuerit, sine libelli oblatione, sine
strepitu et figura iudicii, summarie et de plano, ab heredibus
illorum qui legauerint vel ab illis de quibus dispositum est
in dicto testo codicillo seu ultima voluntate, vel a possessoribus
hereditatis. Et teneatur et debeat tam potestas quam
iudex coram quo petitum fuerit infra tria dierum dictis

testa codicillos et ultimas voluntates et dictos heredes
possessores hereditatis et alios de quibus dispositum est in eis ultra
necessitatem realiter et plus exequi et executioni mandare.
Adiciendo quod in relictis et legatis ad pias causas possit
procedi et cognosci quolibet die feriato et non feriato. Item
dicimus quod si aliquis esset heres sub beneficio inventarii
quod non teneretur nec cogatur ultra vires hereditatis. Item
quod si alique res inmobiles relicte fuerint pie cause nulla
persona possit de ipsis rebus teneatur vel possit alienare sine
auctoritate iudicis et si aliter factum fuerit sit ipso iure
nulla. Et predicta locum habeant ad presentia preterita et futura.

De donatione inter vivos et donatione venditorum — xxvi.


Item ordinamus quod quicumque aliqua donatione ab aliquo quod
recepit teneatur solvere creditoribus illius qui donavit de-
bita facta ante donationem usque ad quantitatem rerum donatarum
vel in parte rerum in valentia vel [illegible] creditorum
in predictis rebus donatis set in debitis factis post donationem
non teneatur. Hoc dictum observandum si ille qui donavit non
esset ydoneus ad solvendum debitorum creditoribus suis.
Et hec locum habeant ad preterita presentia et futura. Item
quod quandocumque aliqua donatio fit inter vivos et [illegible]
infra .x. dies post factam donationem [illegible]
diebus publice [illegible] in locis consuetis ad petitionem alicuius
de partibus ut certum notum sit quod ipsa donatio sit facta
Et si ante [illegible] fuerit factus in defraudem
valeat et teneat et res donate obligentur ac si non
fuissent donate. Et illud idem intelligatur in omnibus
et singulis venditionibus factis et faciendis et alienationibus
quibuscumque alicui persone [illegible] aliquid pro de omnibus rebus et
bonis suis inmobilibus [illegible] quod venditiones et
alienationes sic facte vel fiende presumantur quo ad
creditores simulate et in fraudem [illegible] creditorum pre-
teritorum et futurorum facte. Nec in preiudicium [illegible] creditorum
possessio talium rerum transferatur vel translata habeatur
et ideo valeat nec teneat quod ad creditores ullo modo
si tempore [illegible] venditionum donationum vel alienationum per
unius anni computandum a die venditionis alienationis
vel donationis facte si venditor vel alienator rerum
fuerit possessor. Et predicta locum habeant a xl annis citra
et ad presentia preterita pendentia et futura.

in rei [illegible] ultra dimidiam

Quod alienator alicuius rei teneatur ad defensionem rei alienate — xxviij

Item statuimus et ordinamus quod si aliquis alienaverit aliquam rem mobilem vel immobilem vel se moventem, vel ius sibi competens alicui aliquo modo. Et ille cui facta fuerit alienatio vel concessio molestaretur vel eius heredes aut successores universaliter vel particulariter molestaretur in re alienata vel concessa, quod talis alienans vel concedens et eius heredes et successores sine aliqua denuntiatione statim teneatur et debeat iudicium defensionis ipsius suscipere cum ydoneos fideiussare. Et ipsam rem vel ius alienatam vel ius concessum tunc defendere omnibus suis sumptibus salariis et expensis. Et ipsi in pace ponere cum [illegible] molestatur. Et si ille in quem facta fuerit aliqua alienatio vel concessio vel eius heredes vel successores molestaretur, non possit cogi ad respondendum libello, contestandum litem, nec ad iurandum de calumpnia infra decem dies computandos a die quo nominavit suum auctorem in iudicio, et petierit [illegible] [illegible] eius auctorem et compelli ad iudicium defensionis ipsius. Et elapsis dictis x diebus [illegible] procedatur. Et potestas vel iudex coram quo fuerit petitum teneatur et debeat compellere tales alienantes vel concedentes ad suscipiendum ipsum iudicium defensionis per captionem personarum et immissionem bonorum. Et si post dictam compulsionem factam per potestatem vel iudicem talis auctor non susceperit iudicium defensionis ipsius possit talis in quem facta fuerit alienatio vel concessio accusare eius auctorem et accusatus condempnetur in xxv libris etc. Possit tamen accusatus talis suum auctorem [illegible] tali accusationi [illegible] usque ad sententiam. Et si contingerit quod aliquis vendiderit vel alio quocumque titulo non lucrativo alienaverit aliquam rem iure proprio que reperiretur libellaria vel emphyteotica, quod venditor seu alienator et eius heredes et successores teneatur eidem emptori vel cessionario [illegible] facere et prestare ita et taliter cum effectu quod contractus eidem reformetur in [illegible] expensis [illegible] venditoris seu heredis et ultra det et restituat quartam partem pretii ipsius rei que vendita seu concessa fuerit. Et in predictis [illegible] exequendis statim fieri debeat executio realis et personalis. Et si potestas vel iudex fuerit negligens in predictis condempnetur in xxv libris etc. Et nullo possit appellari ab aliquo preceptore vel sententia [illegible] querimonie que fieret super occasione contentorum in hoc capitulo. Et si appellaverit non audiatur appellatio. Et predicta locum habeant ad presentia preterita et futura et in [illegible] [illegible].

Nota





Si quis vendiderit rem iuris proprio et sit libellaria ad quid teneatur

De eo qui vendiderit rem duobus ——— xxviiij

Item si quis de civitate vel eius districtu alienavit seu vendi-
derit pro aliquo alicui vel aliquibus [illegible] quibus
alienationem fecerit in dominio et possessione vel tenuta
rei alienate vel emptor sua propria auctoritate tenutam et
possessionem rei vendite apprehenderit. Et ipse alienator
vel venditor ipsam rem in possessione tunc alienavit alicui
alteri, teneatur ipse alienator vel venditor [illegible]
et heredes eius ad satisfaciendum acquisitori de omnibus que promisit
et omnibus que veniret in eius vel eius heredibus fecit et
ad omnia dampna et expensas que vel quas occasione predicta fecerit
et substinuerit. Et si non haberet unde satisfaciat exbam-
niat de civitate et districtu, et a potestate teneatur
exbapniri donec satisfecerit et solvit de predictis et insuper
in libris xxv. Salvo eo quod si duo sive emptor vel acquisitor
aut eius heredes possederint rem venditam vel quocumque modo
acquisitam per quinquennium pacifice et quiete sciente primo
emptore vel ipso existente in civitate castri vel eius districtu
vel eius heredes et non obstante secundo emptore extitit secundus emptor
vel acquisitor omnino sit tutus et eius heredes. Nec res ipsa
ab eo vel eius heredibus evinci vel vendicari possit per primum
emptorem vel acquisitorem et eius heredes et permaneat. Et hoc locum
habeant ad preterita presentia et futura.

Que instrumenta venditionum perfectis habeantur ——— XXX

Statuimus et ordinamus quod si aliquod instrumentum inveniretur et fieret
per aliquem notarium in quo contineatur quod aliquis de civitate
castri vel eius districtu de suis rebus immobilibus possessionibus
et domibus vel aliqua earum vendidisset. Et predictus ven-
ditor post dictum contractum venditionis fuerit et remanserit
possedisse predictas res venditas per x annos sine reddi-
tu fictu dicto emptori ab eodem venditore quod talis
venditionis contractus presumatur et fraude esse factus et factum
et sit et esse debeat nullius valoris et dictum instrumentum nullam
fidem habeat. Et predicta locum habeant ad preterita
presentia et futura. Et quod de predicto contractu venditionis intel-
ligatur et locum habeat in contractu permutationis donationis
et cuiuslibet alterius contractus seu concessionis.

Quod uxor non admictatur ad defensionem bonorum mariti — XXXI

Item statuimus et ordinamus quod uxor non admictatur ad defensionem
bonorum mariti, nisi usque ad valentiam sue dotis vel dotium
suarum vivente marito. Set eo mortuo possit pro dotibus et
relictis et legatis ad presentia [illegible] valeat. Et
liceat creditoribus seu successoribus defuncti si voluerit
dotes suas solvere obligata recipere dicta bona, non obstante
venditione et adiudicatione facta de bonis defuncti infra
duos annos a die adiudicationis seu venditionis facte.

Quod uxor non possit se obligare sine consensu viri et duorum consanguineorum — XXXII

Item statuimus et ordinamus quod nulla uxor aliquo constante matri-
monio possit se obligare vel aliquid [illegible] suarum dotium
[illegible] nec contractum aliquem obligatorium facere sine presentia
et consensu patris si patrem haberet et mariti. Et si patrem
non haberet sine presentia et consensu mariti et duorum proximiorum
consanguineorum dicte uxoris presentium in civitate vel comitatu.
Qui non fuerint absentes et consensu alterius iudicis loco proxi-
miorum absentium. Et si dictus maritus non fuerit in civitate
vel comitatu tunc citetur per edictum dicte [illegible] veniat ad videndum
quod dicta uxor predicta facere non debeat. Et si non venerit
in terminum tunc liceat tali uxori predicta facere cum con-
sensu proximiorum duorum consanguineorum. Et si aliter fieret id quod
fieret non valeat et per consequens. Salvo quod qualibet uxor libere
sine alia presentia vel consensu possit procuratorem consti-
tuere et facere ad agendum et defendendum.

De sensalibus et tramezzatoribus — XXXIII

Statuimus et ordinamus quod potestas teneatur facere bapniri per civi-
tatem primo mense sui regiminis quod quicumque vult esse sensalis
vel tramezzator vadat coram potestate et notario seu faciat
scribi. Et illi qui volunt esse sensales sint scripti, et illi
habeantur pro sensalibus et tramezzatoribus. Et habeant pro
eorum salario de omni mercato foro quod fecerint denarios duos de
qualibet libra a qualibet parte [illegible] ita tamen quod non
ascendat ultra [illegible] soldos [illegible] pro qualibet parte contrahentium.

coi Inginiu[illegible]
Et de hr ab[illegible]

partes sit res de qua forum fecit. Quod etiam sensales et tramezza-
tores iurare debeant et ydoneos fideiussores dare de eorum
offitio bene et legaliter exercendo. Et si quis ipsorum in offitio aliquam
in dicto offitio fraudem commiserit solvat communi pro banno .L. libr-
as. Item quod omne forum factum per aliquem sensalem de quo
datus fuit denarius dei sive in scripto per unum testem bone
fame probetur tale forum factum esse sit firmum. Et quod
nemo ipsorum [illegible] recusando dictum forum tam venditor quam emptor
qui contrafecerit solvat communi pro banno .xxv. libras. Et nichilominus
forum sit firmum.

De alienationibus factis per vim et metum — xxxiiij

Item presumitur quod si quis per vim et metum aliquam alienationem
fecerit de bonis suis alicui quod talis alienatio facta et heredi-
bus eius detentum vel [illegible] in [illegible]. Et
[illegible] probaverit per plures firmantes testes quod talis alienatio
sit cassa vana et nullius valoris. Et quod dominus potestas
et officiales eius removeant talis alienatio in possessione
non alienatam et cogant qui alienationem recepit iura
restituere omne [illegible] parte dicta. Et [illegible]
[illegible] ad [illegible] [illegible].

De alimentis prestandis per filios parentibus — xxxv

Item ordinatum est quod si quis [illegible] disposuerit coram
potestate vel iudice de filio vel filia nepote sive filio
sui filii [illegible] filii filie vel nepotes [illegible]
alimenta potestas vel iudex cogat ipsos filios vel filias ut prestent
alimenta parentibus arbitrio potestatis vel iudicis [illegible]
[illegible] posuit [illegible] non [illegible] unde [illegible]
vel [illegible] a qua [illegible] potestatis vel iudicis non possit
appellari. Et eodem modo cogantur parentes [illegible]
pateres prestare alimenta filiis et nepotibus.

De alimentis prestandis mulieribus — xxxvi

Ordinatum est quod dictus potestas et eius officiales et quilibet eorum ad quem
de hoc recursum fuerit teneantur prestare facere alimenta
congrua mulieribus mulieri [illegible] alicui debet

solui vel solua

solum vel soluta restitui in toto vel in parte pro toto vel
pro parte sic soluta vel restituta licet mulier que debet
restitui ad alia tenerentur obligata, quousque soluta vel resti
tuta non fuerit ad rationem octo librarum pro centenario dotis
quibus anno quolibet pendendo debentur vel deberentur solvere et
reddere et consignare realiter et personaliter et omni via et modo — octo pro centinario cum [illegible]
quo videbitur iudici summarie sine strepitu et figura
iudicii, appellatione cessante, dare et prestare et omnia possit facere
et non secuto, non obstante aliquo capitulo brevi statuti
vel aliquo alio ordinamento communis Ianue vel aliquo loquente.

Quod principales et fideiussores compellentur idemptice — xxxvij.

Item statuimus et ordinamus quod si aliquis fideiussisset pro aliquo
mandante vel presente et non confitetur se principaliter se obliga
vit pro aliquo possit petere si velit a tali fideiussione vel
principalitate vel obligatione exonerari [illegible] littera aper
ta quod aliquid de suo solverit vel aliquod dampnum substinuit et
teneatur [illegible] ei pro quo obligavit se quod [illegible] die
debeat comparere coram potestate vel iudice ad exponendum et
[illegible] ipsum [illegible] a tali fideiussione principalitate
vel obligatione. Et si talis negaverit fideiussionem
principalitatem vel obligationem [illegible] possit
probari per duos testes bone fame [illegible] per publicum
[illegible] apud quem fideiussionem principalitatem vel obliga
tionem fecerit et [illegible] de novo [illegible] per [illegible]
[illegible] Et si ille pro quo fuit [illegible] dicta
fideiussio principalitas vel obligatio non comparuit infra
dictum terminum et fuerit contumax vel si comparuerit et [illegible]
[illegible] fuerit probatum [illegible] de [illegible] vel per confessionem [illegible]
tunc potestas vel iudex vel alius officialis [illegible] habens
iurisdictionem pro tempore teneatur et debeat statuere terminum
tali reo x dierum ad exponendum et [illegible] illum
qui pro alio principaliter vel fideiussorio nomine obligavit. Et
elapsis dictis x diebus potestas vel iudex vel alius officialis
habens iurisdictionem de predictis possit teneatur et debeat
executionem facere de predictis realiter et personaliter ad voluntatem
illius qui fideiussit vel principaliter se obligavit pena
xxv librarum. Et si ille qui pro alio fideiussit vel principa
liter obligavit substinuit aliquod dampnum ex [illegible]

ille talis pro quo fuit obligatus teneatur resarcire omnia dampna
expensas et interesse de propriis rebus creditori satisfaciendo illis qui fideiussores
vel principales fuerint assignatis primo iudici talis legitimis
[illegible] et iuret quod tanta dampna substinuit occa
sione predicta, et vere fuerint cause quas assignavit. Et potestas
et iudex vel alius offitialis coram quo huiusmodi causa ventillatur
teneatur et debeat compellere illum pro quo aliquis fideiussisset
vel principaliter se obligaverit ad ista [illegible] de rebus propriis dampnis
et interesse pena .xxv. librarum denariorum. Et de predictis potestas
seu iudex et quilibet alius offitialis habens iurisdictionem ubi
res sui posset teneatur et debeat cognoscere et fine debito
terminare simpliciter et de plano sine strepitu et figura iu
dicii, diebus feriatis vel non. Et non possit aliquis appel
lare ab huiusmodi processu vel [illegible]. Et si appellaverit
non audiatur appellatio. Et [illegible] G. [illegible].
Et si de rebus talis pro quo fuerit fideiussor vel principaliter
non [illegible] [illegible] illum qui pro eo fideiussit vel princi
paliter fuerit possit accusari qualibet vice semel et
[illegible] .xxv. librarum [illegible] possit talis accu
sator tali accusationi renuntiare quandocumque voluerit ante
sententiam. Insuper statuentes quod omnia bona illius pro quo
aliquis fideiussisset vel se principaliter obligaverit sint ypothecata
intelligantur illi qui pro eo fideiussit vel principaliter
se obligaverit ac si expresse obligasset omnia sua bona
pro tali fideiussione vel principalitate. Et quod dicti sunt
de principalibus et postmodum intelligantur ex statuta et ordinata
in personis eorum heredum et successorum et habentium iura ab
eis. Et [illegible] predicta presentia pendentia
et futura.

Quod principales et fideiussores tenentur [illegible] —— xxxviii.

Item statuerunt et ordinaverunt quod si aliquis principaliter se
obligaverit vel fideiussor fuerit pro aliquo [illegible] de [illegible]
vel non aliquo se obligaverit debeat [illegible]
[illegible]. Et [illegible] in consilio xvi.
[illegible] debeat [illegible] talis fuerit [illegible]
[illegible] officii [illegible] ad partitum
ad alia [illegible].

Quod principales et fideiussores sindicorum compellantur ad expensas — xxxviii

Item statuerunt et ordinaverunt quod si aliquis fideiussisset pro aliquo sindicho alicuius castri vel ville et occasione dicte fideiussionis quam fecerit solverit aliquod datum vel muttam pro dicta universitate illius castri vel ville seu aliquod debitum, tunc potestas et iudex et ceteri officiales comunis teneantur dare auxilium et favorem tali fideiussori qui solvit ad recuperandum dictum datum seu muttam vel aliquod debitum, tunc pro dicta universitate illius castri vel ville vel proprium aliud quod solvisset et realiter et personaliter cogere dictos sindicos et successores eorum in officio pro sindicatus et etiam universitatem castri vel ville et singulares pro ea dicte universitatis ut satisfaciant dicto fideiussori quod solverit tam de eo quod solvit quam etiam de dampnis et interesse factis habitis occasione dicte fideiussionis et solutionis. De quibus dampnis et interesse credatur sacramento dicti fideiussoris. Ita tamen quod potestas vel iudex coram quo petitum fuerit ~~teneatur iurare quod dampna tanti substinuit~~ antequam deferat iuramentum petenti facta taxatione dictorum dampnorum expensarum et interesse singulariter assignare quibus assignatis deferat iuramentum petenti et [illegible] fuit teneatur iurare quod dampna tanti substinuit et ille petit et ille fuit taxate quas ab assignavit quod ad assignato et deinde vendicet [illegible] si dampnorum expensarum et interesse expectatis non extraxit sortem quam solvit occasione dicte fideiussionis. Et dicto fideiussori [illegible] possit compellere et personaliter detinere [illegible] non obstante quod eis personis non solverit set pro aliis dicte universitatis hominibus. Et potestas et ceteri officiales nullo modo audeant et audire debeant dictos sindicos vel singulares pro ab eis [illegible] de tali captione vel detemptione vel robbaria seu condictione. Set potius ei fideiussori si voluerit etiam teneantur de aliis bonis eorum quousque fuerit satisfactum dicto fideiussori tam de dampnis. Et si sindici dicte universitatis vel alii singulares pro ea pro dicta universitate vel sindicatu vel fideiussione datum seu muttam vel aliquod debitum tunc solverit [illegible] vel coacti ut dictum est regressum habeant et habere possit et habeat adversus dictam universitatem vel singulares pro ea [illegible]. Et si dictus fideiussor [illegible] teneatur habere [illegible] pro potestatem [illegible]. Et dictis sindicis et universitati predicti compellantur [illegible]. Et si potestas non fecerit observari predicta [illegible] habeant [illegible] facta.

Quod creditores restituant debitoribus instrumenta debiti cancellata. — xl.

Item statuimus et ordinamus quod creditores teneantur restituere instrumenta debiti cancellata et cancellari facere rogata rogita et facere instrumentum finitionis et quietationis, de quo eisdem constet debitum extitit satisfactum. postquam creditori fuerit requisitus si creditor instrumentum habuerit vel habere possit. Si autem iuraverit instrumentum non habere nec fraude commisisse quominus instrumentum habere non possit, tunc faciat creditor debitori instrumentum finitionis et quietationis de [illegible] expensis debitoris. Et teneatur dare eidem notarium cancellandi rogiti debiti recepta a debitore sua mercede. Et valeat cancellatio facta manu notarii creditoris quemadmodum esset facta instrumentum finitionis. Item quotiens creditor non observaverit praedicta in termino sibi dato a potestate vel iudice solvat pro pena pro [illegible] dupli [illegible] debiti debitori. Et nihilominus facere debeat praedicta. Et a dicto precepto et condemnatione non sit licitum appellare nec audiatur appellans.

De petere debiti ante terminum. — xli.

Siquis creditor aliquid petierit ex solutione debiti ante terminum promissi seu promissionis instrumenti de solutione debiti solvat pro pena [illegible] x. librarum denariorum. Et nihilominus omnes expensas reficiat debitori. duplicato dicto debiti termino ad solvendum.

De petentibus debita soluta. — xlii.

Item statuimus et ordinamus quod si quis fecerit querimoniam in aliqua curia communis castelli coram aliquo officiali communis de aliquo debitore pro debito seu occasione debiti alicuius de quo iam sibi extiterit satisfactum in toto vel in parte. si tale debitum fuerit computatum x. librarum et ab inde supra vel rei equivalentis condemnetur communi in xxv. Et etiam ad duplum eius quantitatis vel extimationis rei vel partis rei de qua querimoniam fecerit de qua querimonia facta fuerit. Si vero fuerit debitum computatum vel rei minoris extimationis x. librarum denariorum et non transcendat valorem vel quantitatem xxv librarum denariorum condemnetur in .l. [illegible] denariorum

et ei de q̄ gravamina f(ac)ta fuit i(n) dupl(u)m ut sup(ra) dict(um) est.
Si aut(em) tale debitu(m) transiret extimatione(m) ut p(re)dict(um)
xxv lib(rarum) solu(er)et i(n) C lib(ris) den(ariorum) et eod(em) modo in
duplu(m) ut sup(ra) dictu(m) e(st). Et si no(n) vendicet(ur) C libr(as)
i(n)t(e)r(e)d(icti) aut succ(essores) seu bon(orum) p(ri)ncipalis debitoris quoq(ue)
modo tenentib(us) qui satisfactione(m) no(n) receperint seu q(ui)
q(ui)primet satisfactione(m) no(n) receperint si no(n) p(ro)testent(ur) sup(er)
eo(rum) gravamina; postq(uam) constit(er)it de satisfactione p(ro)bata. Et
ide(m) intelligat(ur) etia(m) i(n) tutorib(us) cur(atoribus) (et) p(ro)curat(oribus) et i(n) ob(ligatis)
aliis et i(n) administratorib(us) alio(rum) negotio(rum) si post
tale(m) satisfactione(m) p(ro)bata(m) p(ro)testeri(n)t i(n) eo(rum) gravamina
q(uod) pene (con)demnatione(m) de s(uo) p(ro)p(ri)o solv(er)e (con)pellant(ur).
Salvo q(uod) si aliq(ui)s constitut(us) est ab aliq(u)o spaliter ad
petendu(m) seu gravamina facie(n)d(um) de aliq(u)o debito et
de eo ip(s)e eide(m) q(uod) tal(is) p(ro)c(urato)r constitut(us) s(atis)f(ac)t(um) no(n) f(ac)t(u)m
e(ss)et. Non teneat(ur) ad d(i)c(t)a(m) (con)demnatione(m) solvend(um)
p(er) modu(m) sup(ra) declaratu(m) et no(n) gravam(en) nisi post h(ab)u-
erit de d(i)c(t)a satisfactione p(ro)bat(a) p(ro)testat(i)o(n)e i(n) (pre)d(i)ct(a) gravamina
p(ro)cedendo. Ite(m) q(uod) si aliq(ui)s debitor plur(ium) debito(rum)
et solvit creditori aliq(uo)d debitu(m) nec appareat
p(ro) quo debito illa(m) solvit intelligat(ur) solvisse pro
debito antiquiori.

De eo qui tenuerit apostur(am) alteri — xliii.

Item statuim(us) q(uod) nulla p(er)sona teneat apostura(m) vel apostu-
ratam alicui p(er)sone i(n)fra t(em)p(u)s locationis f(a)c(t)e de me(n)s(e)
a d(omi)no (et) d(omi)na (con)ductande seu retinendo eis vel ea(rum) gen-
tilitate d(omi)ni vel d(omi)ne i(n) xxv lib(ris) d(enariorum) co(m)it(i) solvet. Et
semp(er) talis aposturatus illi cui q(u)o p(er)venerit ad domu(m)
ip(s)i reddere (con)pellat(ur). Declaram(us) q(uod) d(omi)n(u)s vel d(omi)na (con)si-
mili possit h(ab)ere aposturat(um) vel aposturata(m) si aufugerit
(et) ip(s)os capere (et) reducere. Et de apostura s(er)vitor(is) s(er)viendo
d(omi)ni vel d(omi)ne. Et si fraudaverit aliq(ui)d i(n) duplu(m) d(omi)no
vel d(omi)ne emendare teneat(ur) (et) redd(er)e. Et de subtractore
s(er)vitor(is) s(er)viendo d(omi)ni vel d(omi)ne usq(ue) ad x lib(ras) d(enariorum) (et) id
q(uo)d p(er)sone deb(er)et p(er) m(er)ced(em) f(ac)ta d(e)l(i)q(ui)re an(te) n(on)
et solvet C lib(ras) x s(olidos) C(omiti). Et si d(omi)n(u)s vel d(omi)na

mercede quam promisit solvere nollet apostrurato et apostrurat-
sum patri et conventione statim potestas vel iudex et officiales
teneatur cogere dominum vel dominam ad solvendum premissa.
Et hec locum habeant in masculis et feminis et si de
fructibus teneantur ad compellendum debitores et apostru-
rati ex forma huius statuti. Et fuerit de proxime contra
fideiussores eorum qui fuerint apostrurati. Et quilibet
apostruratus vel apostrurata aliquid possit nec debeat
in se grano, lino vel blado sub pena xl s. pro
quolibet et qualibet vice. Et bannum hoc et in suis
semper pro quolibet anno. Et quod capitanei capitaniarum
teneantur observare et ministrare.

Quod maritus lucretur dimidiam dotis uxore premo-
riente in matrimonio sine liberis. — xliiii

Item statuimus et ordinamus quod si uxor alicuius de civitate
vel comitatu castelli vel alterius qui habitaverit in civitate
vel comitatu decesserit sine liberis superviventere marito
maritus lucretur et lucrari debeat medietatem
dotis. Et si fuerit soluta ad restitutionem de me-
dietatis nullatenus teneatur. Si vero non fuerit
soluta possit dictam medietatem petere et consequi de-
bet si matrimonium dissolutum non est. Et predicta
vendicent locum in quo ista uxor traducta fuerit
ad domum mariti vel ubi sit matrimonium carnali
copula consumatum.

De minore qui recepit dotem. — xlv.

Item statuimus et ordinamus quod si aliquis minor xxv
annis fuit vel fuerit confessus de se recepisse dotem vel partem
dotis parvam vel magnam recepisse ab aliqua mu-
liere vel patre eius vel alio pro ea, et matrimonio
soluto morte uxoris, dotes sit tenetur restituere
non obstante quod possit opponi ipsum fuisse minorem ex
dicta confessione occasione minoris etatis illegitime

uel partem dotis fuit confessus accepisse cogatur eam ei esse
restitutis dampnis dotis quibus per formam statuti debet restituere
et non plus uel partem eius hereditatis talis uxoris nec
possit postea in integrum restitutionem petere. cum beneficiis
statutorum et lege aliqua iuuare non alterum penitus liceat.
Et hec locum habeant ad presentia preterita et futura.

De successionibus ab intestato — xlvj

Item statuimus et ordinamus quod si aliquis ab intestato decesserit
siue decesserit pater mater auus auia proauus proauia
uel alii ascendentes succedant tali decedenti masculi
descendentes ex eo per lineam masculinam. femine uero de-
scendentes si sunt dotate superstitibus masculis descendentibus
ex tali decedenti ab intestato per lineam masculinam uel aliquo
ipsorum et aliqui non succedant. Si uero dotate non existant
dotentur de bonis decedentis de eius hereditate congrue arbitrio duorum
magis ydoneorum consanguineorum / aut succedat in portione
hereditatis secundum dominum iure competenti. Et hoc sit in electione
dictorum duorum masculorum superstitum. Si uero superessent tantum
femine descendentes uel masculi descendentes ex feminis
uel una sunt succedat omnes dotate et non dotate et
filii uel nepotes earum secundum formam iuris. Dum tamen
dotes conferantur earum uel illarum in quarum locum succedent.
Si uero fuerit filius uel filia nepos uel neptis pronepos
uel proneptis uel alia huiusmodi descendens qui uel que decesserit
ab intestato. Et qui uel que non habeat descendentes succedant
ascendentes per lineam masculinam una cum fratribus defuncti
uel filius fratrum masculis si superessent secundum formam iuris
sororibus exclusis. Si uero non essent frater uel soror qui uel
que decesserit ab intestato / non superuiuentibus descendentibus uel
ascendentibus naturalibus succedere debent. Et succedat fratres
masculi et filii filiorum masculi utriusque coniuncti si sunt
et si non sunt succedunt fratres masculi consanguinei et filii
masculi decedentis fratrum consanguineorum tantum. et si non superessent
succedat patruus et filii masculi patruorum sororibus exclusis
et matrem auus maternus et amita patrua et omnibus
aliis attinentibus tali decedenti ex latere materno. Et si

pro dicta non supersint descendentes vel ascendentes vel
collaterales predicti vel eorum successores alii ascendentes secundum
formam iuris communis. Declarantes quod quantum ad ipsas feminas
intelligatur dotate sive dos predicta fuit soluta vel promissa
vel eidem testamento vel alia ultima voluntate assignata
ab aliquo predictorum.

De prescriptionibus ——— xlvj.

Provisum et ordinatum est quod nulla persona masculus vel femina civitatis
vel comitatus seu aliunde possit vel debeat petere coram potestate vel
eius iudice seu officialibus comunis aliquam quantitatem pecunie vini olei
seu frumenti vel alterius bladi sibi debiti ab aliqua persona civitatis
vel comitatus si debitum steterit vel stetisset per xxv annos
vel plures et si infra dictum tempus persona vel eius heredes habito respectu
a principio temporis a quo peti potuit dictum debitum petitum non
fuit. Et si dictus creditor decessit et per eum non fuit petitum
dictum debitum et solutum infra dictum tempus xxv annorum quod eius heredes
ad dictum debitum nullatenus audiatur sed ipsum instrumentum dicti debiti
vel eius heredes cancellari restituere ~~teneatur~~ compellatur. Salvo quod
predicta prescriptio non currat minoribus xiiii annis sed ab inde
in antea incipiat et debeat prescriptio currere. Et hec locum
habeant in debitoribus et creditoribus et eorum heredibus qui fuerint presentes
per dictum tempus xxv annorum in civitate vel comitatu. Et
hec locum habeant ad presentia preterita et futura exceptis dotibus
et legatis in quibus currat prescriptio legalis tantum. Insuper
statuentes quod aliqua prescriptio contra aliquos cives vel comi
tatinos dicte civitatis qui haberent vel habuissent aliquos
obligatos de castro Cetine vel eius curia vel castro Cetine
vel eius curia non currat nec currisset intelligatur a millesimo
trecentesimo sexagesimo octavo de mense iulii citra usque quo
dictum castrum et eius curie redierint ad subiectionem comunis
civitatis Castelli.

Quod consuetudo non preiudicet ——— xlvij.

Item statuimus et ordinamus quod si aliqua persona mitteret vel vellet pecuniam
aliquam de civitate Castelli vel eius districtu et inde consuevit
talis consuetudo non preiudicet domino vel domine rei sive tene
ret possessor eius per longum vel longissimum tempus prescriptionis
nec etiam ipsi domino aliqua preiudicium faciat aliquo iure capituli
non obstante. Et habeat locum ad preterita et futura.

De iurisdictione non recipienda a forense. — xlviij.

Statutum quod si aliquis de civitate castelli aliqua iurisdictione fra
fuerit ab aliquo forense electo vel petitam cum non possit iure
iurisdictionis contra aliquam personam de civitate castelli vel
eius districtu et talis cognitor actionibus a forense
ut dictum est nullatenus audiat nec admictat, et qui
contrafecerit solvat com. xxv libr. den. pro quolibet et potestas eum condempnare
teneatur. Salvo quod si aliquis civis vel comitatinus se dominum fecit
fideiussit vel se obligavit pro aliquo apud forensem possit
a forense in eandem pro actione sibi competente conveniri contra talem
pro quo fuit obligatus et ea causa pro qua tenetur. Item
quod nullus forensis possit ab aliquo forense in aliquo
contra aliquem civem vel comitatinum castelli in dominium seu tenutam
recipere vel habere sive acquirere. Et si contrafecerit non valeat
nec teneat ipso iure et in non tali cognitor nullatenus
ius reddatur. Item quod nullus civis castellanus
dare possit vel cedere aliqua iura alicui forensi contra aliquem
de comitatu civitatis castelli. Et si contrafecerit non valeat et ex
tali cessione per aliquem officialem communis castelli ius
aliquo modo reddatur.

De discordiis decidendis inter socios — l.

Statutum et ordinamus quod si discordia aliqua fuerit vel appa
ruerit inter aliquas personas civitatis vel comitatus qui fuerint
socii in aliqua mercantia vel societate alicuius rei. Et
unus illorum diceret vel peteret alterum debuisse vel
extraxisse vel habuisse aliquid de dicta societate. Et ille
petendit vel dixit contra alium et non possit probare per se
vel testes vel instrumentum vel confessionem adversarii sui illi vel
illos fuisse socios aut debere vel debuisse alter eorum in
dicta societate posse vel mercede vel aliquid habuisse, tunc
de dictis questionibus consultis ipsis actio vel intentio debeat
super questione diffinire et terminare bona fide sine
fraude. Et si societas alicuius dictorum sociorum appareret
in aliqua aliquid dictorum sociorum aliquid debeat restituere
de dicta societate vel mercantia vel habuisset vel extraxisset

de dicta societate aliquid illi tali scripture credatur et stetur
ac si inde instrumentum esset et eius qui illa scriptura fecerit. Et potestas
teneat illud quod per consules fuerit terminatum super predictis et inter
dictas partes observare, et quod diffinitum fuerit observetur.
Item quod potestas possit compellere consules eorumdem artis
ut diffiniat et terminet predicta infra unum mensem. Idem
dicimus observandum scilicet de recedentibus a societate et sociis
vel potius qui fecerint societatem cum illo cum sunt heredes eorum
agitur. Et hec locum habeant ad preterita et futura.

De divisionibus faciendis. — G.

Item statuimus et ordinamus quod si aliquis habuerit aliquod
hedifitium commune cum aliquo vel aliquibus, et alter eorum
illud hedifitium non tenuerit vel non fuerit usus et non
obstet ei vel eius heredibus, nec noceat prescriptio longi vel
longissimi temporis et nulla prescriptio ei vel eius heredibus
preiudicet vel nocumentum seu impedimentum faciat
ei qui habet partem in tali hedifitio ex longissimo tempore
habito et celebrato inter eos. Et si quis tenuerit murum
vel stillicidia sua et cadent super murum domus vel
turris alicuius sibi sit murus communis, et ei qui partem
habet in muro non noceat quod eius domus vel turris vel
aliquod hedifitium cadentem stillicidia. Sed teneat potestas
remurari facere et murum communem facere distruere
si ille qui habet partem in muro voluerit hedifitium altius
elevare, nisi ille qui habet murum comunem muravit
plus partionario vel consorte. In quo casu teneatur
non distruere nisi prius solvat vel consorti eius expensas
contingentes in tempore refectionis. Dicimus etiam quod si quis
habet cum aliquo aliud hedifitium et in ipso voluerit hedificare
volens alias imittere lapides vel ligna vel alia que
expedient ad opus ipsius, sic ut a socio habente ex parte
vel de ipso hedifitio sociis destrui et frangi possit si
voluerit, dum tamen non frangat hedifitium nec ledat
et illud quod fregerit suis reficiat expensis. Teneatur
etiam potestas manutenere omnes compositiones et
pacta que facta et facta sunt vel erunt inter socios

consortes, partionarios et heredes eorum. Et nullum getto
fiat in domibus parietis vel turribus vel aliis hedificiis
clusuris et rebus eorum et in expensas eos faciat communitas.
Et si quis muravit in muro communi tamquam partionarius
vel consorte murasset, Et inde facta fuerit aliqua
querimonia potestas vel iudex compellat partionarium
vel consorte ferre instrumentum socio qui muravit laudo
duorum magistrorum et resolvendo eum quicquid volunt
eo uti. Et nullus sociorum vel consorti possit aliud
hedificare in hedificio communi nisi primo eidem fecerit
instrumentum ut dictum est et ut supra continetur. Item quod
si ille qui voluit in communi hedificio hedificare teneatur
requirere consorte una requisitione per instrumentum vel testes
Et a dicta requisitione habeat terminum vel spatium x dierum
et factis dictis requisitionibus possit postea hedificare
et murare sine aliqua requisitione vel contradictione
alterius socii vel sociorum vel consortis super hedificio
communi, et ille consors vel socius qui non muravit non possit
ipso hedificio uti, nisi primo reficiat expensas
contingentes sibi illi qui muravit vel hedificavit
in hedificio communi. Volumus quod si aliqua persona ponte
vel trabeculo seu balchione vel aliquo hedificium
super vel supra domum, vel terram alicuius quod potestas
ad petitionem illius cuius est terra sive domus in unum mensem
postquam petitum fuerit faciat elevari. et si non fecerit
perdat de suo fondo et solvat lb. l. s. d. qui applicetur
communi, et non possit absolutionem petere de predictis.
Quod si aliquis habet domum vel terram, vel molendinum
clausuram vel aquas communes cum aliquo quod non divisa
seu partita fuerit et aliquis eorum procedere voluerit
ad divisionem, et petierit a primo divisionem fieri
potestas vel iudex coram quo fuerit contentio deposita
teneatur et possit et debeat compellere ipsum vel ipsos
cum effectu tale divisionem facere hoc modo videlicet
quod potestas vel iudex ad petitionem unius vel plurium petentium divisionem
fieri faciat sortes super omnes partes seu consortes



int quos seu quas res sunt comunes et eis pape, qui certum
dominum modicum ab eo statuendum debeat esse in concordia et si
concordare de dicta divisione facienda de predictis rebus comunibus Et si
in presentia tunc predicte partes se non concordaret seu non potuerint
esse in concordia de dicta divisione facienda, tunc ad petitionem cuiuslibet
consortis iterato faciat dictas partes coram se venire et
compellere eas omnino quod si noluerint compelligantur ponat ami
cos eorum communes super dicta divisione facienda et fieri facienda, Et
si predicti amici non concordabunt tunc compellat eos stare in
laudo domini fecerunt predicti non obstante prescriptione alicuius temporis
qui sunt de dictis rebus possesse. Et si ille contra quem res de quibus
quaeritur negaverit communes esse tunc potestas vel judex coram quo
dicuntur res esse comunes et de ea divisione fieri posse et
debeat summarie cognoscere de predictis et assignare terminum utique
parti, ad probandum de jure suo sine oblatione libelli
Et si probaverit res esse comunes tunc procedat secundum formam
huius capituli. Quod si potestas non fecerit solvat de suo feudo .C. libras
denariorum. Et hoc capitulum sit precisum et locum habeat in omnibus rebus
de quibus divisio peteretur. Et si cessaverit partes seu
consortes coram judice comparere postquam fuerint ex parte dicti judicis
requisiti procedat judex ad petitionem petentis, et ponat unum pro
parte absentis requisiti non comparentis unum consanguineum
vel agnatum vel affinem, dicto modo requisito dicta ter fiat
quamque ... terminum decem dierum. Et quod per talem sic
positum electum per judicem fiat et procedat divisio, ac si
per illum eundem fuisset positum et electum qui ad ponendum
fuerat requisitus. Item quod si aliquis qui voluerit aliquid facere
vel hedificare in muro sive domui, terre, seu aliquod
hedificium ... seu quicumque quod potestas et judex coram quo
petitum fuerit teneatur ad petitionem volentis cogere quemcumque
nolentem hedificare ad hedificandum simul cum eo qui hedificare
voluerit si erit per quod hoc fieri possit. Alioquin cogat
eos facere contra de restituendo vel reddendo medietatem
suarum expensarum quas fecerit in dicto hedificio infra unum
annum. Et persona volente hedificare faciat expensas
de suo proprio, et dictus similiter cum eo restituat et medietatem
dictarum expensarum dicto hedificio facto, infra unum annum. Et si potestas
vel judex non fecerit solvat ... de suo salario .xxv. libras
denariorum. Additum est quod si aliquis de certo in civitate castello
vel ad civitatem habet quidem inter tres partes vel ultra
aliquod domum vel casalinum, palatium vel turrim possit.

possit costringere et compellere partionarium ad vendendum partem
qualibet residuum iusto pretio taxando et declarando per duos
cives amicabiles per partes eligendos, quibus discordantibus de pretio
per dominum iudicem seu potestatis tertius adiungatur, quorum maiori
parti de pretio taxato stetur. Similiter et non possit
unus possidens ultra duas partes cogere partionarium ad
emendum eadem conditione. Et si que res deveniret plurium
sotiorum et indigent expensis utilibus necessariis, quod si unus
voluit facere tale expensum et alter recusaret quod ille
qui tale expensam voluit necessariam facere possit retinere
de fructibus rei comunis si fructus ascendunt tanta expensa.
Et si voluit de tali expensa conqueri coram potestate vel iudice
quod potestas vel iudex circa factum de expensis facto teneatur et debeat
sotium recusantem facere dictam expensam de facto compellere ad
restituendum pretio quod ipsam fecerit usque ad integram satisfactionem.

De arboribus comunibus dividendis ———— lij.

Item statuimus et ordinamus quod si aliquis haberet arbores comunes
cum aliquo, et voluerit aliquis illorum de predictis arboribus non
possit hoc facere sine licentia consortis, et si voluerit cadere
attendat ad curiam et petat divisionem de predictis
arboribus fieri, que divisio fieri debeat in x diebus
postquam fuerit petita. Et si consors in x diebus non
accesserit ad curiam ad divisionem faciendam postquam re-
quisitus fuerit puniatur in solidis c. s. de plano. Et
iudex predictus facere teneatur divisionem predictam et iniungere
potestas duos priores quorum qui ipsam divisionem fa-
ciant ut dictum est petenti. Et predicta locum habeant ad preterita
preterita et futura.

De arboribus pendentibus super terreno alterius ———— liij.

Item statuimus et ordinamus quod si aliquis haberet aliquam arborem
que penderet super clausuram vel semen vicini sui vel
terram petentis ad petitionem illius super quod vel quem penderet arbor
dominus teneatur scindi facere totum id quod pendet super
vicinum suum, et si ipsam arborem non scinderet fulsiendi,

ferit inde ad tria dierum postquam ei nunciatum fuerit per potestatem
liceat ei super eadem re procedere abinde in antea prout alium
quod voluerit videlicet in dicendi facere sine pena et banno. non obstante
aliquo capitulo constituti. Et hoc capitulum sit precisum et mutari non
possit. Et habeat locum in laicis officiis.

De eo qui habet arbores super terreno alterius ———— liiij

Item statuimus et ordinamus quod quicumque habent super terreno
alterius arbores, vel habuerit quandocumque casu, et eas elevare
noluerit teneatur ipsas illi vel illis quorum est terra super qua
sunt pro pretio competenti dato duorum bonorum hominum proximiorum dicte
terre vendere, aut compellat eum potestas elevare
ipsas, ad illam penam quam placuerit potestati. Et potestas
cogat eos eligere bonos viros qui extiment arbores. Et predicta
omnia fieri faciat. Quod si non fecerit perdat de suo feudo
denariorum libras C.

Quod tutores et curatores reddant rationem administrationis ———— lv

Item statuimus et ordinamus quod si quis est vel fuerit tutor alicuius
vel aliquorum pupilli vel pupillorum civitatis castri et aliquis
consanguineus vel affinis pupillorum petet rationem admini-
strationis bonorum et rerum predictorum, teneatur tunc dictus tutor
vel tutores vel alius eorum qui petierit facere rationem administra-
tionis semel in anno, et proferatur mater cum omnibus aliis
in administrationis ratione. Et duo proximiores consanguinei
ex parte patris ut sint si voluerint. Et si tutor non fecerit
in predictis committitur per potestatem et ratione predicta
facere teneatur, et per potestatem compellatur. non obstante aliqua
prescriptione longi temporis vel longissimi. Si inventus fuerit
in rebus pupillorum fraudem commisisse a tutela removeatur
et detur proximo in testamento si extat qui sit de iure et etate legi-
tima et etiam si recipere voluerit, et si recipere noluerit tunc
detur proximiori consanguineo vel parenti qui sit magis bonus
et utilis ad tutelam, et quilibet qui fuerit tutor vel tutores
teneatur reddere rationem administrationis consanguineis patris
vel matris. Et inde diligat in consanguineis qui eligunt tutores
et potestas teneatur facere dictum et fieri facere quandocumque petitur a parte.

Et dictum tutorem vel tutores cogere ad faciendum dictum inventarium exem
plati petenti vel alteri eorum qui petent in unum mensem postquam fuit
petitum expensis pupilli. Et si non tutor vel tutrix predicta non
observaverit potestas vel iudex ei auferat decem bapnum et nichilominus
faciat predicta. Teneatur etiam tutor vel tutrix inventarium
reddere pupillis vel adultis et reddere rationem ut supra
dictum est. et reliqua debet restituere infra octo dies post redditam
rationem. et si non fecerit potestas ei vel eis auferat decem bapnum
et nichilominus predicta facere teneatur. Teneatur etiam pupilli vel
adulti post dictam rationem a tutore sive a tutoribus redditam
tutori sive tutoribus plenissimam cautionem finitionem quieta
tionem et pactum de ulterius non petendo facere ad petitionem tutoris
vel tutoris vel heredum eorum expensis ipsorum eorum infra tertiam diem
post dictam redditam rationem. Et si contra fecerint vel cessaverint
ipsi pupilli vel adulti potestas vel iudex tunc teneatur cogere
cum effectu tales pupillos vel adultos predicta omnia observare
vel observari facere. Et si potestas vel iudex predicta omnia non
fecerit fieri et adimpleri perdat de suo feudo xxv libras denariorum
Et predicta pecunia applicetur et applicatur dictis tutoribus. Et si
casu fortuito propter discordiam habitantium in civitate exire
non posset seu non potuit tutor tutelam, non teneatur
tutor vel ut ad eius spectat pericula administrationis non facte
et non geste. Item quod tutores teneantur facere inventarium
licet fuerit a iure constituta cum omnibus bonis et rebus pupillorum
nisi remissum fuerit specialiter a testatore pena xxv libras
denariorum. Et idem intelligatur de omnibus curatoribus ad negotia.
Et quod nullus tutor vel curator ad negotia, durante tempore
eorum administrationis vel etiam post, audeat vel presumat
desponsare vel maritare aliquam pupillam vel adultam
vel aliquem adulto vel pupillo dare aliquam uxorem vel spo
sam sine presentia et consensu duorum ex propinquioribus consan
guineorum, antequam reddat rationem sue administrationis et
liberatus fuerit et absolutus a sua administratione. Et si
tutor vel curator maritaverit vel desponsaverit aut
uxorem vel sponsam dederit aut consenserit, et aut contrarius
fuerit quod pupilla vel adulta, ante redditam rationem
administrationis et absolutionem et liberationem de admi
nistrationis et absolutionem et liberationem de admini
strationis maritaretur aut pupillus vel adultus
uxorare acciperet condempnetur in C libras denariorum.

Quod minor viginti annis non possit se obligare sine presentia
duorum consanguineorum —————————— Rubrica.

Item statuerunt et ordinaverunt quod nullus minor viginti annis
sine presentia et consensu duorum suorum consanguineorum et puta
potestatis vel sui iudicis possit se obligare in aliquo contractu
vel obligatione, et si fecerit contractus non valeat nec
obligatio ipso iure. Et pena [illegible] primo mense
regiminis domini potestatis. Et predicta non habeant locum in contractibus
matrimonialibus dotalibus sponsalitiis vel pacis in quibus obligari
possit pro libito voluntatis dummodo existat maior
xiiii annis.

De iure homagii —————————— Rubrica.

Item statuimus et ordinamus quod nullus civis sive civitatis
vel alius acquirat homines qui erunt cives vel comitatini
dicte civitatis nec aliquis eos ipsos ab aliqua persona.
Et si quis acquisiverit potestas teneatur ipsi acquisitori nullum
ius et iustitiam observare sed semper teneatur manutenere
et iuvare illum vel illos contra quemlibet talem acquisitorem
[illegible] pena mille librarum denariorum acquisitori et se submittenti
et predicta vendicat ad presentia et futura.

De confessione homagii —————————— Rubrica.

Item statuimus et ordinamus quod si quis confitetur aliquem suum
hominem esse vel aliquem servitium quod debet fieri vel prestari ab aliquo
et homo negaverit, tunc teneatur potestas vel suus iudex cognoscere
inter partes summarie forma iuris. Ita tamen quod dictus homo
non possit aliquam alienationem facere de rebus in quibus dicitur se
dominum esse, nec de rebus quas possidet lite pendente
et idem etiam observandum ex parte illius qui dicitur
esse homo. Et hec locum habeant ad presentia preterita et futura.

De liberatione hominis attentati —————————— Rubrica.

Item statuimus et ordinamus quod potestas faciat observari inter
dominos et homines in quibus dominus vel homines convenit quod
ab eis fieri debet. Et si ille qui debet aliquid facere domino
suo noluerit concedere liberos et se apparabit domino

teneat afrācare eū, et divisionē face ab eo. Et p̄pa
divisionē p̄ q̄lib3 capite mascło ab eo recipe debeat
viginti lib̄ d. Et si dn̄s noluit recipe dn̄os. xx. lib̄ d.
salt medietatē bonoȝ et rerū dc̄i hoīs ex masiis siue
manetiām recipe teneatr̄. Et potās teneatr̄ ip̄i hoi
face fieri instrum̄ ul̄ cartā afrācatiōis ul̄ libatiōis a dn̄o
suo q̄ptendo ip̄ius ad omīa faciēda, Et ip̄e homo
modo p̄mictat maretia ip̄i dn̄o, et q̄cq̄d stabile ab eo
tenebat, et q̄cq̄d aliud īuenit tenēe ul̄ possidē, de q̄
homo nō haberet ul̄ ostenderet instrūm siue cartas medictos
ul̄ optiōis alodij ul̄ libertī ip̄e dn̄s est divisit me
dietatē et alia medietatē teneatr̄ ip̄e homo. Et si homo
nō p̄curat ad divisionē dn̄i, si dn̄s p̄curabit ad
divisionē hoīem ip̄ dn̄s facē possit. Et teneatr̄ ip̄e
ho dare dn̄o p̄ q̄ ip̄a familia. xxv. lib̄ d. Et si dn̄s
noluit dn̄os. xxv. lib̄ d debeat recipe ab eo hoīe medie
tatē oīum suoȝ bonoȝ et reȝ et maretia, et q̄cq̄d a dn̄o
tenebat sicut ī sup̄iori casu dc̄m ē. Et q̄d si ho alter
p̄curit ad divisionē ab alio nō et ad signavet bona
sua legalit̄ et sine fraude comiserit ī adsignatione, Et
dn̄o p̄babit fraude comisisse hoīem ul̄ p̄ta bona
sua ul̄ aliq̄ et adsignavit diuisisse ul̄ habere obscondent
q̄ tunc totū id q̄ habere p̄bavit ī bonis ul̄ fraudem
comisisse hoīem sit dn̄i et arguat eū ī totū, et nichilo
x lib̄ d noīe pene an p̄ar solūe teneatr̄ et q̄tiens
q̄uenit. Et oīa capła homīs sy loci hēant ī in
rites et utitatīos et inmitatīs q̄stant et respōdent ad
bandas curie. Et p̄nat hoc capłm de q̄stituto in
q̄stitutionibꝰ loci hēant ad p̄p̄ q̄plet ī futō.

De hoīe altero comittete fraude ī divisione boȝ — lx.

Item statuimꝰ et ordinamꝰ q̄ si ho alterꝰ p̄curit ad divi
sione cū dn̄o suo adsignando res suas fraude comisit
ul̄ alienavit aliq̄d ī fraude habeat dn̄s ius p̄bandi
fraude p̄ testes ī anno post divisionē factā, et p̄bavit
hoīem aliq̄d subtraxisse et male adsignasse seu alie
nasse teneatr̄ ip̄e illud totū q̄ subtraxisse ul̄ alienavit
dn̄o restitue. Et hoc capłm teneatr̄ potās facē pon
de q̄stitutis p̄scriptum

De homine altero qui maritaverit filiam neptem — lxi.

Item statuimus et ordinamus quod si aliquis homo altero maritaverit
filiam suam vel neptem seu sororem ex domo ipsius hominis, ita quod
maritus non steterit nec moraretur in domo sua, dictus homo
teneatur domino suo tantum quantum dederit filie sorori vel nepti
pro dotibus. Et teneatur potestas ad petitionem domini facere ostendere
instrumentum dotis et exhiberi ut possit esse certus de dote. Item quod homo
altero possit dare de mobili quod habuerit tantum filie sorori
vel nepti pro dotibus suis .xxv. libras, de quibus nichil teneatur
dare domino, sed sit sicut superius dictum est teneatur. Et hec locum
habeant inter illos qui ad consuetudinem dicta et libertatis comunis
castelli et ad presens positam fecerint. Et quod si plures erunt heredes
seu filie alterius habeat eorum succedere omnibus dicti et quamvis
remaneant hereditas reversio in parte ipsius effectus.

Quod nullus faciat fossatum in preiudicium murorum. — lxii.

Item statutum est quod si quis habens aliquam terram in comuni castelli
iuxta murum aliquem murorum, quod non debeat nec possit facere
nec fieri facere in suo terreno aliquod fossatum vel cavamentum, iuxta
ipsum murum quod propter aliquam aquam pro dicto fossato vel cavamento
possit ledi vel destrui, sed habeat et non possit prestare muro
dictorum comunis aliquod preiudicium. Et si reperiatur aliquod fossatum
vel cavamentum factum quod ille cuius est terrenum debeat et teneatur illud
illud fossatum seu cavamentum replere ad petitionem illius seu quarum
ad quos pertinuerit, ita et taliter quod terrenum remaneat equale
et planum in .x. dies post ipsam petitionem sub omni pena
xx s. Et si constat contrafecisse per potestatem in .x. libras. Et nichilominus
predicta facere teneatur. Et si potestas fuerit negligens in predictis
perdat de suo feudo .xxv. libras. Et hec capitula sint precisa
et mutari non possit et valeat ad presens positam consuetudinem.
Item quod si per illud fossatum curreret aqua ita quod prestaret dampnum,
quod teneatur dimittere fossatum longe a dicto muro per brachia pedes
ita quod per ipsum fossatum aqua libere discurrat sine dampno
muri sive murorum. Et hoc locum habeat in
comunitate.

De interdictione bonorum — lxxij.

Item statuerunt et ordinaverunt quod potestas teneatur ex suo officio quod ad
petitionem duorum consanguineorum seu affinium certa scientia
fide quod quis male tractat substantias suas possit et debeat
sibi interdicere administrationem bonorum faciendo bapniri quod
nemo cum tali specialiter notificanda [illegible] nullatenus contrahat sub pena
arbitrio potestatis imponenda. Et si post dictum bapnum
aliquis reperiatur cum eo contraxisse [illegible] super
aliquibus rebus vel negotiis contraxisse seu [illegible] obligationes
contra formam dicti bapni, quod potestas possit dictum bapnum
imponere et [illegible]. Et contractus [illegible]
vel obligationes cum tali [illegible] post dictum bapnum
~~facte~~ non valeant ipso iure sed sint penitus
irriti et inanes. Et ad petitionem illorum quorum [illegible]
interdictio dictus potestas faciat [illegible] tali contractui
vel obligationi. [illegible] quibus [illegible] facta dicta
interdictio [illegible]
[illegible] tabellarius [illegible]
laborem [illegible]. Et aliter facta
non valeat. Et [illegible] ad [illegible] facta.

De pena negantis que est notarii vel filii alterius — lxxiij.

Item statuerunt et ordinaverunt quod quicumque notarius civitatis vel
comitatus fuerit a arte notarie separatus [illegible]
cum ille notarius non neget se notarium [illegible]
[illegible] iudicio, et qui negaverit talem notarium esse solvat
[illegible] pro bapno [illegible] x libras denariorum. Et ideo tali [illegible]
fuerit negatus [illegible] tali negato pro nulla [illegible]
admittatur a iudice. Et omnes notarii [illegible]
debeant [illegible] aliquem [illegible] negantem, nisi [illegible] solverit
dictum bapnum et [illegible] questionem [illegible]
coram iudice [illegible] fuerit talis negatio sine
[illegible] de nato [illegible] responderit et si
negaverit teneatur solvere dictum bapnum. [illegible]
de illis qui negaverint iudicio et [illegible] iudice
appellationis [illegible] pena solvere teneatur. ~~Et~~

54v.

si fuerit in aliquo pavore. Et idem intelligatur si quis negaverit filiationem paternitatem vel fraternitatem. Dummodo si quis petat eum ad defendendum de parte potestatis ut iudex ei mandare teneat.

De instrumentis resiciendis et qualiter instrumenta possunt sumi ex rogitis notariorum mortuorum. Et quod quilibet possit habere copiam scripturarum. lxvj.

Item statuimus et ordinamus quod quando aliquis petet resici aliquod instrumentum ex aliquo rogito quod iam fuit completum debeat citari pars contra quam petitur vel eius heres et parte citata si fuerit qui veniat ad dicendum quare non debeat dictum rogitum resici et compleri. Et si pars non comparuerit citata vel comparuerit et non assignaverit legitimam causam quare non debeat resici, potestas seu iudex teneatur precipere et mandare notario quod illud debeat resicere et complere. Item dicimus quod nulla persona audeat vel presumat ostendere alicui instrumentum vel rogitum alterius sine licentia illius ad quem pertinet nisi mandatum fuerit a potestate vel iudice vel ab alio officiali habente iurisdictionem a parte potestatis ad penam x librarum pro quolibet contrafaciente et qualibet vice. Statuimus etiam quod quando contingerit aliquem notarium mori quod consul notariorum de collegio notariorum per iudicium possit illa sumi et compleri et cancellare sine aliqua alia commissione de novo facienda. Et si non fuerint filii notarii seu notarii mortui fiet commissio dictorum rogitorum et protocollorum per duos [illegible] consulis et consulum [illegible] et consules notariorum [illegible] debeat et possit committere alicui notario de dicto collegio notariorum iudicium quod possit talia rogita et protocolla cancellare et ex eis instrumenta sumere et complere et quod talia instrumenta completa per dictum notarium valeant et teneant ac si essent completa per notarium qui de eis fuit rogatus. Addentes insuper quod quilibet notarius propter absentiam diuturnam vel gravem infirmitatem possit sua rogita committere alicui notario de collegio [illegible] quod possit ea complere, autenticare et rogita cancellare et eis fides adhibeatur ac si completa essent per notarium qui ea rogavit. Dicimus etiam quod si aliquod instrumentum reperiatur cancellatum apud debitorem cum presumptione [illegible] presentia duorum testium presumatur debitum esse solutum

Et in textu super non commisit aliquis sua rogita seu protocolla quod sedat quod filii dicti notarii mortui

+

nisi ille cui instrumentum dictum fuisset vellet probare per testes
quod amisit dictum instrumentum vel fuit ei furto subtractum
quod tunc talis cancellatio non noceat et si pro ea planum
et si creditori fuit satisfactum de suo credito teneatur
ad petitionem debitoris facere ipsum cancellari et si fuit
instrumentum completum et teneatur illud reddere debitori [illegible]
[illegible] ad penam [illegible] pro qualibet et qualibet
vice quod contrafactum fuit. Item quod si aliquod instrumentum vel scriptura
reperiretur [illegible] quod pertinet vel pertinere posset aliqui
persone sive pertineat ad ipsum sive non principaliter
et dictus notarius [illegible] qui pro tempore erunt teneantur et
debeant facere fieri copiam talis instrumenti vel scripture illi qui
petierit [illegible] non noceat [illegible]. Item quod potestas
vel iudex et quilibet alius officialis [illegible] indicare
possint teneantur et debeant facere fieri copiam talis instrumenti
instrumenti et scripture [illegible] sicut superius [illegible]. [illegible]
alicui ad petitionem [illegible] petentis [illegible] quod
modo aliquo pertineat vel pertinere possit [illegible] ad
eum principaliter [illegible]. [illegible]
[illegible] nullus notarius possit sumere vel
complere aliquod instrumentum ex registro cancellatis sine mandato
potestatis vel [illegible]. Et quod [illegible] non valeat
nec teneat et notarius talis [illegible] puniatur pena
x librarum [illegible]. Et si quis [illegible] notarius [illegible]
faciendum puniatur arbitrio potestatis.

Quod consules collegii notariorum iudicum possint
facere [illegible] litterarum — lxxi

Quia [illegible] notarii civitatis [illegible]
et districtus [illegible] mortui [illegible]
vel aliqua alia [illegible] rogita et protocolla [illegible]
eorum rogitorum protocollorum extrahere non [illegible]
non [illegible] [illegible] cedulis cartis vel aliis
aliis [illegible] notariorum mortuorum quod [illegible]
ad dampnum [illegible] non [illegible] statutum et
ordinamentum quod [illegible] rogita protocolla et scripturas

in quaternis (?) eorum notariorum mortuorum non posita seu in co
ducta seu quaternis non autenticatis facta comparatione eorum pro
tocollis quaternis notariorum predictorum mortuorum scripta vel
ad alia instrumenta (?) per consules notariorum civitatis castelli
commissi (?) vel saltim tres et declaratione consilii (?) quod
sunt eiusdem manus notarii mortui scripta debeant
publicari et in publicam formam redigi et autenticari
per notarium deputatum seu deputandum ad publicandum
seu autenticandum rogita et scripturas dictorum notariorum
mortuorum quibus sic publicatis ... statuti
adhibeatur fides.

De eo qui comederit et biberit optime solvat — lxvii.

Item statuimus et ordinamus quod si quis comederit vel biberit
aut hospitatus fuerit in aliqua taberna vel hospitio
in civitate castelli et noluerit solvere tabernario vel
hospitatori de eo quod comederit vel biberit vel pro
albergaria liceat tabernario vel tabernarie vel hospiti
auferre aut accipere pignus sufficiens pro quantitate
pecunie quam recipere tenetur ex causis predictis. Si vero
predictum (?) pignus non habuerit possit illum talem expoliare
et expellere de domo vel taberna sive hospitio. Et
predicta facere possit sine pena et banno. Et potestas
non possit accusatis de predictis vel aliquo predictorum ullo modo
condempnare.

De offitio sindici maioris et iudicis appellationum — lxviii.

Item statuimus et ordinamus quod sindicus maior et iudex
appellationum possit teneatur et debeat cognoscere et
fine debito terminare de omnibus et singulis appella
tionibus et causis appellationum que interponentur et
vertentur contra eos ab omnibus et singulis sententiis
processibus et gravaminibus factis et illatis per potestatem
vel iudices vel alios officiales comunis dicte civitatis
secundum formam sue electionis et secundum formam statuti.

et ordinamentorum dicte civitatis. Et ubi statuta non loquuntur
secundum iura communia. Et quod nullus sindicus et iudex appellationum
possit compellere aliquem aliquid nec aliquam personam propterea vel ferret
sub pena arbitrii [illegible] libr. den. Salvo quod si per eum peteretur
dari aliquod consilium teneatur et debeat illud dare et
exibere bona fide et sine fraude et sine aliquo salario
inde recipiendo. Item quod omnes sententias tam absolutorias
quam condempnatorias super maleficiis teneatur dare et
conservare ipso [illegible] temporali sub dicta pena. Et quod omnes
notarii teneantur et debeant scribere omnia et singula
acta et scripturas facta ad eorum officium pertinentes sine
aliquo salario vel mercede, et exibere et facere copiam librorum
et scripturarum sine aliquo salario vel mercede. Item
quod dicti sindici et iudex appellationum non possit nec debeat
cum potestate vel eius familia vel alio officiali ad faciendum
aliquam condempnationem vel absolutionem nec consentire nisi
ubi utilitas eis requireret ex forma alicuius statuti et
si contrafecerit cadat in pena xxv libr. den. pro qualibet vice.

Quod potestas observet statuta appellationum —— lxxiiij.

Item statuimus et ordinamus quod statuta que loquuntur
de appellationibus a potestate et eius iudicibus et officialibus
omnibus [illegible] observentur, quod si non fecerit sindicus
teneatur ~~dictum~~ potestatem sufficienter condempnare in C libr.
den. [illegible] vel nec et alios officiales in xxv li-
br. den. et dictas condempnationes exigi in effectu. Et
si sindicus non fecerit condempnetur per futurum sindicum in
[illegible] libr. den.

Quod iudex appellationum possit imponere multas et bapna —— lxxv.

Item statuimus et ordinamus quod iudex appellationum possit imponere
multas et bapna ac penas omnibus quibus videbitur
expedire occasione sui officii usque ad centum s.
den. si sibi videbitur expedire et predictas multas sive
penas exigere in effectu.

sub pena Quod nullus appellet nisi ad iudicem appellationis — lxxi

Item statuimus et ordinamus quod nulli sit liciti appellare
nisi ad iudicem appellationis comunis civitatis castelli
vel ad sindicum tempore et casibus in quibus liceat appellare
in qualibus causis civilibus et criminalibus pena quinquaginta librarum
denariorum et in conpulsatione sibi dictorum suorum et non valeat
talis appellatio et nichilominus solvat dominis baptiste in
infra x dies ventus priuantur appellatione predicte. Et
si contingerit quod in dicta civitate non esset maior iudicius
et iudex appellationum a quibus voleris appellare
posset et sibi liceat appellare coram dominis prioribus populi
pro tempore existentibus vel coram potestate vel iudicem vel alio officiali
a quo fuerit appellatum ad dictos dominos priores. Et quod
dicti domini priores teneantur et debeant infra tercio dicto
a die interpositionis appellationis pena x librarum denariorum pro quolibet priore
et quolibet vice dare causam appellationis commictere alicui
iudici vel advocato dicte civitatis neutri parti
suspecto. Et ille cui fuerit talis causa commissa
vel delegata teneatur et debeat de ipsa causa cognoscere
et fine debito terminare infra tempus infra quod
debet cognoscere et terminare dictus iudex
appellationum secundum formam statuti computando dictum tempus
a die facte commissionis.

Ubi et a quo et in quibus et quo tempore liceat appellare — lxxii

Item statuerunt et ordinaverunt quod nullibus de civitate et
comitatu castelli et etiam aliunde pro se et pro aliis liceat
appellare ab omnibus et singulis sententiis diffinitivis
secundum ordinem in causis civilibus per aliquem potestatem vel
rectorem iudicem vel alium officialem comunis vel forensem
infra x dies a die late sententie. Et etiam liceat
appellare a quibuslibet sententia interlocutoria precepto vel
gravamine infra dictos decem dies ad iudicem maiorem et
iudicem appellationum dicte civitatis vel alium deputandum
per dictum comune. Et si non esset specialiter deputatus

prosequi appellationem

possit appellari ad dominos priores populi dicte civitatis qui
pro tempore erunt, et appellans possit suam appellationem in prose-
qui in palatio comunis dicte civitatis presente vel absente potestate
vel iudice a quo tale gravamen preceptum vel gravamen illatum fuerit
Et coram quolibet alio offitiali qui aliquod gravamen vel gravamen
intulerit, et etiam obstante aliquo statuto offitialium in palatio
vel domo talis offitialis, et coram maiori sindico et iudice
appellationum in domo sue habitationis vel coram dominis prioribus
et in palatio priorum dominorum priorum populi licet eos appellare
Et valeat et teneat et post de talis appellatione omne
esset coram potestate vel iudice suo vel alio offitiali qui tale gravamen
preceptum vel gravamen inferret. Et potestas et eius iudex et quilibet
alius offitialis a quo quis vellet appellare. Et notarii
tamen qui forenses tenentur et debeant dare et eorum
sue copia diffinitive sive interlocutorie alterius parti
vel interloquitorie vel gravaminis, ad petitionem cuiuslibet
petentis in publica forma. Et quod potestas et iudex vel aliquis
alius offitialis non faciat nec fieri faciat aliquod
gravamen vel novitatem alicui appellanti vel appellare vo-
lenti, aut noto presenti appellationem. Ad penam C.
librarum pro quolibet et vice qua contrafecerit.

In quibus casibus appellare non liceat ——— lxxiii.

Item statuerunt et ordinaverunt quod a sententiis latis per sindicum
et iudicem appellationum super gravaminibus et preceptis et interloqu-
toriis et sententiis diffinitivis super nullitatibus causis
nulli sit licitum appellare. Et si appellaverit non audiatur.
appellatio. Sed quod per dictum sindicum et iudicem appellationum
super predictis fuerit declaratum robur obtineat firmitatis.
Et quod a processibus faciendis per potestatem vel eius iudicem et alia
cognitiones causarum maleficiorum ante diffinitivam sententiam
appellari non possit. A sententiis non diffinitivis vel
interlocutoriis vel sententiis diffinitivis in nullitatibus causis
latis per sindicum et iudicem appellationum in prima appellatione
sententia fuerit appellata, non liceat appellare. ff. C.
Et si non fuerit recepta sive pronuntiatum male fuisse iudicatum
et bene appellatum tunc liceat appellare quemadmodum
et in eadem ea appellare licet ad iudicem prime cause.
Et iudex appellationis a quo fuerit appellatum teneatur

et debeat pena .xxv. librarum et infra tres dies computandos
a die interposite appellationis committere et delegare alicui
iudici de civitate non suspecto parti suspecto. Et talis
iudex cui fuerit talis causa appellationis commissa et
delegata possit teneatur et debeat de ipsa cognoscere
et finire infra tempus infra quod potest iudex prime appellationis
cognoscere et finire. Et quod a sententia talis iudicis
nulli liceat appellare et si appellaverit non audiatur
appellans. Insuper non liceat alicui appellare a
precepto facto per potestatem vel iudicem vel alium officialem
quod preciperet alicui quod pro maleficio dare debet fideiussorem
vel quod aliquis debet comparere contra eo. vel ut
se excuset vel debet libellum vel positionibus respondere
vel ut faciat iurare testes vel publicare
vel allegare de iure suo vel dare suspectos vel
confidatos vel removere vel audire sententiam vel
respondere utrum velit ex litteris alicuius vel expensas
inspicere vel tacere vel si possidet aliquam rem.
Item si postquam iudex preceperit alicui de aliquod
solvendo vel faciendo possit et debeat elapso termino
compulsare eum.

Quod iudex appellationum debeat finire in certo tempore
in causa criminali. ———— lxxiiii.

Item statuerunt et ordinaverunt quod iudex qui cognoverit de appellatione
aliqua facta vel facienda in criminali teneatur cognoscere
terminare et diffinire omnes appellationes unam vel
plures ad eum devolutas et factas seu faciendas a sen-
tentiis diffinitivis et criminalibus maleficiorum infra
viginti dies continuos postquam fuerit porrecta
libellus appellationis quam quilibet appellans teneatur porrigere
iudici appellationis infra .x. dies continuos a tempore late
sententie infra quod tempus si non appellaverit et non porrexerit
coram iudici appellationum non audiatur nec recipiatur
postea. Et si non terminata et diffinita dicta appellatio
infra .xx. dies rata maneat sententia

Quod processus non vitietur — lxxv.

Item statuimus et ordinamus quod si aliqua condempnatio facta erit
per formam capitulorum seu ordinamentorum communis per dominum po-
testatem vel eius iudicem vel alium habentem iurisdictionem
iudicandi in causis criminalibus occasione alicuius maleficii
vel excessus, et in ipsa sententia condempnationis sive processu
esset obmissa aliqua iuris sollempnitas vel ordo iuris
vel processus factus esset seu sententia lata aliqua die
feriata quod propterea non possit annullari dicta condempnatio
vel processus sollempnitate iuris non servata, dummodo tamen
de ipso maleficio vel excessu constet legitime probatum
esse per testes vel confessionem seu contumaciam condempnati
et iudex qui cognoscere possit super appellatione teneatur
non infringere aliquam condempnationem seu sententiam criminalem
occasione talis defectus, nec etiam audire in dicto
aliquem allegantem talia, ex quo ut dictum est constat de ma-
leficio vel excessu.

Quod iudex appellationum debeat iudicare secundum acta
prioris cause — lxxvi.

Item statuimus et ordinamus quod iudex appellationum teneatur
et debeat cognoscere et diffinire super appellationibus criminalibus
tantum et iuridice secundum acta prioris cause iudicii tamen
salvo quod si aliqua partium voluerit et protestata fuerit in dicto
testes vel alias probationes legitimas in principio
coram potestate vel iudice maleficiorum, et testes non
fuerint recepti vel alie probationes legitime, quas
producere voluisset, tunc iudex appellationis possit et
debeat predictas probationes recipere ut dictum est.

Quod cause appellationis super criminalibus terminentur — lxxvij.

Item statuimus et ordinamus quod iudex appellationum cognoscere et terminare
debeat et summarie omnes appellationes unam vel plures
ad eum devolutas et sententias seu diffinitivas aut faciendas
diffinitivas super criminalibus causis infra xl. dies continuos
postquam appellatio interposita fuerit cum gravaminibus appellantis

teneatur porrigere ipsi judici infra decem dies numerandos a die
late sententie. infra quod tempus si non appellaverit et appellatorium
non porrexerit, non audiatur appellans. Et si terminata non erit
appellatio data infra dictum tempus .xl. dierum irrita maneat
sententia. Item ipse judex ad petitionem victoris vel illius contra
quem appellatum est teneatur facere poni in acta causa appellationis
et appellat appellatorem [illegible] infra terminum eidem a judice
assignandum. Et quod si dictus judex infra dictum tempus non sen
tentiaverit negligenter fuerit, committitur in sindicatu suo in successore
in .x. libris quotiens offenderit.

Quod infra decem dies appellationes super interloquutoriis terminentur. lxxvij.

Item statuimus et ordinamus quod judex appellationis teneatur
cognoscere terminare ac diffinire omnes appellationes una
vel plures super gravaminibus et preceptis et interloquutoriis infra
.x. dies continuos tantum postquam dicta appellatio fuerit
porrecta, excepta interloquutoria que habet vim diffinitive
que determinetur ut diffinitiva. quam quilibet appellans facere
seu judici delegato commissa eo casu quo in civitate non
esset maior sindicus aut judex appellationum vel examinator
et porrigere teneatur infra duos dies numerandos a die ~~atque~~
gravaminis precepti, vel tempore interloquutorie facte et citetur si fieri
poterit quod dictus judex facere possit omni sollempnitate obmissa
et ordine iuris non servato. Dum tamen hoc fiat partibus presentibus
et si non fuerit terminata in dicto tempore irrita maneat sententia.
Item dicimus quod in appellatione ab interloquutoria in principio
cause contra gravamina de novitate non exprimatur.

Quod quicumque dixerit se gravatum a fideiussore non teneatur compromittere. lxxviij.

Item statuimus et ordinamus quod quicumque dixerit se gravatum a
fideiussore suo seu ab illo qui se pro eo vel pro eis obligaverit
esset quicumque ex eorum anno millesimo trecentesimo septuagesimo tertio
de mense octobris et abinde citra usque [illegible] annum quod ille qui
fecit istam fideiussionem vel obligationem ad petitionem illorum
qui dixerit se gravatum fuisse ab eo suo fideiussore judicandum
potestatis teneatur cogi facere compromissum in amicos communes
de facto non obstante aliquo processu facto contra talem principalem.

Quod creditor possit accipere tenutam de bonis sui debitoris — lxxx.

Item statuimus et ordinamus quod postquam aliquis creditor egerit contra debitorem de debito et ad eius petitionem facta fuerit comminatio contra ipsum debitorem et datus executor qui det tenutam, si dictus baiulus seu executor retulerit se nichil invenisse de bonis debitoris pro debito, extunc dictus creditor tali relatione facta per baiulum possit et valeat iure agere et procedere contra possessores et detemptores bonorum dicti sui debitoris pro dicto debito [illegible] parte [illegible] ex quo non reperiret tenutam absque alia excussione sive perquisitione excussionis fiende. Baiulus vero qui talem relationem fecerit, si apparuerit debitorem bona aliqua mobilia habere unde potuisset dari tenuta, committat penam .x. librarum denariorum.

Quod non possit opponi contra procuratores qui non sint legitime velonati — lxxxi.

Item statutum et ordinatum est quod procuratores etatis legitime tam actorum quam reorum, dummodo constitutores procuratorum de rato [habitationem] ~~citationem~~ et iudicatum solvi admittantur pro legitimis procuratoribus. Et quod non possit opponi contra eos quod non sunt legitime velonati.

Quod notarii reformationum teneantur scribere reformationes — lxxxij.

Item statuimus et ordinamus quod notarii reformationum et cancellarii teneantur et debeant ad petitionem sindicorum et [illegible] dicte civitatis volenti aliquid prestari aliam exceptionibus vel aliis quibuscumque offitiis, [illegible] exceptis duabus partibus [illegible] prestationem scribere et in publicam formam reducere et tali prestationi exhibere recepto ab eo salario competenti. Dummodo non excedat summam .x. solidorum et sub pena .xxv. librarum denariorum quotiens contrafecerit. Et quod notarius Rector et officiales [illegible] sine [illegible] quo [illegible] prestationis [illegible] faceret vel offerret tali prestanti [illegible] vel [illegible] aliquo nomine [illegible] seu [illegible] ipso facto penam .L. librarum [illegible] si [illegible] [illegible] [illegible] netur.

Quod certa debita peti non possint nisi ut infra ——— lxxxij.

Item statuerunt et ordinaverunt quod cives qui obligati sunt pro com(muni)
pro dicto apud aliquos cives et ex vigore istorum conservatorum
et deputatis a sindicis dicti comunis nullo modo cogi possint
ad solutionem dictorum debitorum, nisi ad tertiam partem debiti
que tertia pars sint vera capitalia, qua tertia parte soluta
liberi sint et absoluti. Et ipsi teneantur cancellare ad
petitionem dictorum debitorum eius obligatorum solvendo dictam tertiam
in vim statuti et ordinamenti et ad alia ordinamenta in statutis comunis
prefati et non ante. Et hoc intelligatur de obligationibus factis
et [illegible] a kalendis octubris retro anni mccccxxxv.

Quod mictatur copia registrorum et citationum maiori sindico — vii

Item statuimus et ordinamus quod quilibet rector iudex et offitiales
populi et communis civitatis Castelli, notarii maleficiorum presentes et futuri et
quilibet eorum teneantur et debeant expedito suo offitio et eorum ...

b.

iuramentis omnium et singularum accusationum que coram eis vel eorum aliquo porrigerentur ac etiam omnium et singularum inquisitionum que per eos rectores iudices seu offitiales seu eorum aliquem formarentur dare et exhibere copiam domino maiori syndico dicti comunis proprie exiti et ubi syndicus non esset ad camerarium camere dicti comunis infra secundam vel tertiam diem computandam a die porrecte accusationis seu formate inquisitionis ad penam centum librarum denariorum qua rector iudex offitialis seu notarius contrafaciens seu predicta omnia non observans ipso facto incurrant. In quibus predictum dominum maiorem syndicum qui eum de suo sindicabit offitio punire qualibet sententia ad penam dictam et non pena de salario rectoris iudicis offitialis vel notarii contrafacientis per camerarium comunis pro predictis debeat retineri que copie inquisitionum per notarium domini maioris syndici debeat registrari. Salvo quod predicta non vendicent sibi locum in accusationibus dampnum datorum ea extendendis nec debeant intelligantur in predictis ordinamentis aut statuto aliquo non obstante

q. p. possit accusare in malefitiis. C. vii

Que persone possint accusare in malefitiis ———— vii.

Item statuimus et ordinamus quod quilibet passus iniuria vel offensam possit accusationem et denumptiationem facere coram domino potestate et iudice malefitiorum de iniuriis et offensis sibi in suam personam et rebus et illatis et rebus. Et etiam mater pater filii fratres nepotes patrui et avunculi et quilibet alia coniuncta persona offenso tamen non alii et dictas accusationes et denumptiationes possint facere infra duos menses a die perpetrati malefitii computandos solummodo. post duos menses vero non recipiantur accusationes et denumptiationes predicte si facte non fuerint ut dictum est. Et que dicta sunt de accusationibus faciendis infra duos menses tamen intelligantur et locum habeant in malefitiis perpetrandis in personis hominum et personarum offensis tamen excepto homicidio de quo et de aliis malefitiis perpetratis in personas offensis possint accusationes fieri et denumptiationes per predictos supra

annos continuos. Liceat etiam cuilibet quod de homicidiis tradimentis,
furtis, robariis et falsitatibus cuilibet sit licitum accusare et de-
nuntiare. Quas quidem accusationes iam dictas et omnes et singulas
factas et faciendas ut dictum est, teneatur potestas et iudex maleficiorum
qui cum eo erit recipere omnia et singula ipsis facto necessaria et opportuna facere
ita tamen quod iudex et notarius maleficiorum recipiant testes et de accu-
sationibus et testibus copiam faciant si a partibus fuit petitum
ab ipsis vel ab altero ipsorum. Forenses autem non possint accusare
vel denuntiare aliquem civem vel cortonensem nisi de sua vel
suorum iniuria tantum

Prosequi accusationem suam

Quod quilibet teneatur prosequi accusationem suam — xvij.

Item statuimus et ordinamus quod quilibet teneatur et debeat
prosequi et probare accusationem seu denuntiationem quam de aliquo fe-
cerit infra terminum ei assignandum per iudicem vel officialem qui sit cognitor
de predictis pena et banno pro viginti solidis pro quolibet accusato. Et quod si aliquis
calumpniose seu falsam accusationem vel denuntiationem fecerit de
aliquo condempnetur in ea pena in qua condempnari deberet talis
accusatus vel denuntiatus si dicta accusa sive denuntia vera et proba-
ta esset. Et non intelligatur accusa seu denuntia falsa vel ca-
lumpniosa ex hoc solum quod non sit probatum maleficium vel accusa sive de-
nuntia prosecuta

Petitio abolitionis alicuius criminis vel concedi

Quod nulla abolitio alicuius criminis peti possit vel concedi — xviij.

Item statuimus et ordinamus quod nulla abolitio alicuius accusa-
tionis vel criminis ab aliquo peti possit coram aliquo rectore
iudice vel officiale communis vel populi dicte civitatis et qui contra fecerit pena centum
librarum denariorum puniatur qualibet vice communi incurrat rector vero officialis vel iudex
qui petitionem huiusmodi receperit seu admiserit communi predicto puniatur quilibet
in libris quingentis de cortonensibus condempnetur. Et petitio et
abolitio predicta per eam forte facta sint ipso iure nulle et nullius valoris
et ipsis non obstantibus super accusatione maleficio sive crimine de quo
petita seu facta foret abolitio ad condempnationem illico procedatur

73v

procedi debeat ac si crimen et maleficium esset legitime probatum et plene
Et predicta in accusationibus dampnorum datorum non vendicent sibi
locum | Qualiter procedatur in maleficiis contra contumaces — x.

Qualiter procedatur in maleficiis contra contumaces c. x.

6 Constituimus et ordinamus quod quicumque potestas vel alius habens
cognitionem super maleficiis pro tempore procederet contra aliquem
accusatum, denumptiatum vel inquisitum debeat procedere hoc ordi-
ne quod primo citari faciat accusatum denumptiatum vel inquisitum
per baiulum comunis cum cedula continente effectum maleficii de quo accusatur vel
inquiritur, seu denumptiatur, et personarum et nomen iudicis coram quo
citatur cum termino trium dierum infra quem debeat comparere ad
se excusandum et defendendum ab accusatione denumptiatione vel
inquisitione et contentis in ea contra eum producta vel formata
Et debeat citari personaliter vel ad domum sue solite habitationis
vel ad locum in quo moram facere consueverit Et si fuerit forensis et non
haberet habitationem in civitate vel comitatu, citetur cum dicta cedula ad
preconem comunis et semper cedula dimictatur, Et si talis persona
citata non venerit infra terminum citationis tunc citetur per
preconem comunis in scalis palatii residentie potestatis vel alterius
officialis vel rectoris qui de tali maleficio cognosceret ad sonum tube et
ad domum habitationis talis accusati vel inquisiti si erit de civitate
vel habitaverit in civitate. Si vero fuerit de comitatu vel forensis
vel non habitaverit in civitate tunc fiat dicta citatio per preconem
in dictis scalis et in platea comunis et in platea comunis in qua citatione
assignet etiam talis pro terminum trium dierum ad comparendum
et si infra dictum terminum non venerit ipse vel alius ponatur in
bampno ad sonum tube per preconem comunis de civitate et comitatu
Castelli in pecunia si fuerit maleficium pro quo deberet pecuniariter
condempnari Et si fuerit maleficium pro quo veniret personaliter
condempnandus ponatur in bampno in persona et sibi trium dierum
terminus assignetur ad comparendum et ad se excusandum,

et defendendum quo termino elapso potestas et quilibet alius officialis
qui haberet huiusmodi iurisdictionem possit dictum talem inquisitum
denumptiatum vel accusatum condempnare secundum formam statutorum tam
quam contumacem. Et talis contumax processor convicto habeatur post
tamen talis contra quem proceditur primam accusationis inquisitionis
vel denumptiationis quantumcumque ante sententiam non obstante termino tempore
elapso comparere et se defendere sive fuit citatus personaliter sive
domui Et si sententia lata fuit contra talem reum talis sententia habeatur
pro cassa et irrita sententia ac sindicatum de quo quociens est plene probatum
et potestas et ille qui talem sententiam tulerit debeat ipsam executioni
mandare. Statuentes insuper quod in malleficiis in quibus imponitur
pena centum librarum et ab inde supra vel personalis a statuto quod ipsa
inquisitio fieri debeat per duos baiulos vel per unum in presentia duorum testium

[ac]cusatos ac denumptiatos [com]parentes. c. xi

Qualiter procedatur contra accusatos denumptiatos vel inquisitos comparentes. xi.

Item statuimus et ordinamus quod accusatus sive denumptiatus
vel inquisitus de aliquo crimine quo pecuniaria pena deberet
imponi comparens datis ydoneis fideiussoribus approbatis per approba-
tores comunis de parendo mandatis curie et de condempnatione dicte pene
solvenda relaxetur. Salvo quod ubi in defectu pecunie non solute
succederet pena aliqua corporalis ex forma alicuius capituli statutorum
quod eo casu facto deposito penes camerarium comunis de dicta condempnatione
solvenda debeat omnino relaxari. Hoc addito quod non possit aliquis
condempnari occasione fideiussionis non date nisi alias contra eum malleficium
legitime probaretur. Et quod potestas vel iudex malleficiorum coram quo reus ad se
excusandum comparuit facta excusatione incontinenti tali reo terminum trium
dierum et plurium arbitrio potestatis vel iudicis usque in decem dies ad
omnem ipsius rei defensionem faciendam statuere teneatur.

[...] debeat expediri process[us]

Infra certum tempus debeat expediri processus. xii.

Item statuimus et ordinamus quod potestas et eius iudex malleficiorum tene-
antur et debeant omnes et singulos processus criminales contra
contumaces diffinire et terminare infra triginta dies a die initii

d

processus computandos, contra comparentes non .i. triginta dies a die facte excusationis proxime subsequentes. processus non pendentes .i. triginta dies a die assignationis librorum vel actore computandos et teneantur et debeant dicti dominus potestas et iudex iudicare et finire super ipsis processibus in consilio generali dicti comunis non obstante quod aliqua pars citata non fuerit ad dictam sententiam audiendam quod sententia sic lata valeat et teneat partibus presentibus vel absentibus, citatis vel non citatis, dum tamen in ipsa sententia adsint alia que in ipsa sententia requiruntur. Et si potestas vel iudex in predictis fuerint negligentes pena centum librarum denariorum parvorum condempnentur. Ac etiam teneantur et debeant ipsas sententias exequi reinvenire et procurare et omnino ad effectum ducant et vadant per personam ipsorum condempnatorum et fideiussores eorum. Et si negligentes fuerint in predictis et predicta non fecerint de eorum proprio salario ipsas condempnationes solvere teneantur.

De exbanditis accusatis. xiij

De exbanditis accusatis c xiij

Item statuimus et ordinamus quod si aliquo tempore fieret aliquis processus per dominum potestatem vel aliquem officialem dicti comunis contra aliquem exbampnitum dicti comunis per accusationem denumptiationem vel inquisitionem vel aliquo alio modo, quod talis exbampnitus possit se excusare a dicto processu et comparere per procuratorem Et id quod actum est per pretorem ~~antedictum~~ circa dictum processum valeat et teneat, dum modo non cogatur dare pretor dare fideiussores super dicto processu et [illegible] non possit facere [illegible] comparitionis libere et impune. dum modo condempnatio et absolutio que ex dicto processu sequeretur, fiat et fieri debeat dicto exbandito et non de pena ita quod pretor in aliquo minime teneatur Et si dictus exbampnitus personaliter venire vellet ad se excusandum a dicto processu possit cum licentia domini potestatis et quod nullus possit dictum exbampnitum offendere in persona vel rebus in veniendo vel stando vel redeundo, et qui contrafecerit puniatur ac si offenderet alium qui non esset exbampnitus. Et quod dominus potestas teneatur dare dictam licentiam dicto exbampnito veniendi ad se excusandum. hoc modo videlicet quod die qua data fuerit dicta licentia

deinde exbanditus veniat ad mandata, et respondeat passim qui fieret
contra eum, et facta dicta responsione potestas incontinenti sine [illegible] in tallo
teneatur et debeat dictum exbannitum mitti facere et detineri in car-
ceribus sive volta dicti comunis, et non in sportello dictorum carcerum sive vulte
donec processus contra dictum exbannitum fuit expeditus, et si condem-
nato ex dicto processu sequeretur, talis exbanditus post condempnatio-
nem debeat detineri ad penam domino potestati centum librarum denariorum pro qualibet
vice

Fideiussores presentent principales

Quod fideiussores presentent principales in maleficiis —— xiiij.

Item statuimus et ordinamus et quod quicumque fecerit aliqua promissionem
pro aliquo in tur maleficio dicti comunis et data fuit licentia per dominum [illegible]
dicti comunis faciendi torqueri ad tormenta poni illum pro quo dicta promissio
vel fideiussio facta esset, teneatur et debeat ille qui dictam promissionem
vel fideiussionem fecerit infra tertium terminum diem post preceptum sibi
factum personaliter vel ad domum sue habitationis per dictum dominum po-
testatem vel eius curiam representare coram domino potestate et eius curia
[illegible] Et si dictum
illum pro quo dictam promissionem vel fideiussionem fecerit
talem non representaverit infra dictum terminum, ille pro quo dicta
promissio vel fideiussio facta esset, habeatur pro confesso et habeatur
et intelligatur plene probatum maleficium contra eum. Et proinde possit
et debeat condempnari in penis in statutis et ordinamentis
contentis. Et ad illam condempnationem solvendam ille qui dictam pro-
missionem fecisset, teneatur et etiam possit et debeat per domino
potestati [illegible]

[...]bus que sufficiat in maleficiis

Quod de probationibus que sufficiant in maleficiis —— xv.

Item statuimus et ordinamus quod maleficia probari debeant per duos testes
fide dignos vel per confessionem accusati vel inquisiti, et quem
inquiritur, que probatio admittatur et valeat. Et quod potestas et
eius iudex et officiales non possint nec debeant per se vel alios
aliquo modo ponere seu poni facere ad tormenta aliquam personam de
civitate vel comitatu nec torquere nisi in maleficiis et delictis infrascriptis,
videlicet in homicidio, tradimento, adulterio, crimine lese maiestatis,
furto et robaria, per ruptura carcere, falsitate cuiuscumque generis, pro
crimine contra naturam et incendiis. Et generaliter in omnibus
aliis maleficiis cum armis et sanguinis effusione tam de die

per de nocte commissis et tunc in dictis casibus enumeratis non possit
aliquam personam torquere nec ad tormenta procedere nisi pre-
cedentibus contra eam inditiis et presumptionibus legitimis et sufficientibus
ad ponendum aliquem ad tormenta. Et si per potestatem vel iudicem
contrafiet condempnetur potestas pro qualibet vice in centum libris
denariorum et iudex in viginti quinque libris denariorum. Et nichilominus quod
fecit non valeat ipso iure. Item quod in illo casu potestas vel aliquis
offitialis eius non possit vel debeat ponere vel poni facere aliquem
civem vel comitatensem dicte civitatis ad aliqua tormenta seu
genus tormentorum sine expressa licentia dominorum syndicorum eius maioris
qui pro tempore fuerit pena centum librarum denariorum. Et quod ubi casu in
quo aliquis torqueri deberet et torqueretur notarius malleficiorum
teneatur et debeat scribere talis depositiones de tormento confitetur
sic. Item dicimus quod potestas nec aliquis suus offitialis possit
nec debeat in iniuriam alicuius persone de civitate vel comitatu mictere
eos seu micti faciendo in voltam seu carcerem eius vel cippos
seu quocumque alio modo, nisi esset occasione alicuius malleficii perpetrati
per eum in quo casu possit eum vel eam facere custodire in voltam
et cippis et alio modo sicut ei videbitur fore utile et ubi si talis
persona satisdare noluerit, quando satisdationis locus esset, et quam
super ipsa satisdatione esset satis cautum ubi, pena domino potestati
et eius iudici contrafacientibus quinquaginta librarum denariorum, socio xxv librarum
denariorum et tantundem notario. Et si mulier aliqua detineretur in palatio
occasione testificationis faciende quod non possit detineri in palatio tempore
de nocte et noctis tempore, nec etiam possit dominus potestas nec aliquis
offitialis in malleficiis cogere aliquam mulierem civitatis vel comitatus
quod veniat ad palatium ad faciendum aliquam testificationem pro
aliquo, sed potius faciat eam vel eos iurari et testificari et etiam
examinari in ecclesia sancti Pauli sive sancti Apolinaris et ipso
iuramento facto et facta ipsa examinatione super dicta testificatione
debeat relaxari et licentiari et possit sine pena et banno prodi-
scedere. Et etiam dictus dominus potestas et quilibet offitialis eius
teneatur et debeat licentiare [illegible] testes inductos
ad petitionem alicuius in malleficiis vel civilibus et etiam in inquisitionibus

faciendis per dominum potestatem et eius offitiales, facto iuramento
et examinatus incontinenti sine mora debeat cum licentia
et possit sine aliquo verbo domini potestatis et iter discederit sub
pena tribus diebus elapsis. Et potestas et alius offitialis aliquem
detinere non possit nec detineri facere occasione alicuius testificationis
ultra tres dies. Et si potestas vel alius de sua familia contrafecerit
vel contra predicta vel aliquod predictorum venerit seu venire presumpserit
ipse vel alius puniatur et condempnetur per syndicum dicti comunis
dicte civitatis pro qualibet vice qua ipse vel aliquis offitialis contra
venerit in ducentis libris denariorum. Et si syndicus predicta predicta
non fecerit condempnetur per syndicum comunis futurum in centum
libris denariorum. Et hoc capitulum sit precisum, mutari non possit
nec etiam interpretari. Insuper statuimus quod in omnibus et singulis
malleficiis et delictis de nocte commissis sufficiat probatio unius
testis bone fame, cum testificatione trium testium fide dignorum
deponentium de publica voce et fama in loco ubi dicitur malleficium
vel delictum commissum.

Qualiter testes detineantur in palatio et non alibi. C. XVI

Qualiter testes detineantur in palatio et non alibi. — XVI

Item provisum et ordinatum est, quod quandocumque in causis criminalibus producerentur testes ab aliquo, quod aliquis accusatorum seu potestas vel iudex mallefficiorum eos venire faciet qui procederet per inquisitionem vel alio modo, teneatur facere iurare testes eos facientes dicere veritatem super accusatione vel inquisitione in qua dicerentur, et iuramento prestito teneatur per iuramentum querere ab eis testibus de negotii veritate et testificare et facere eos deponere in dicta et attestationes eorum, et scribere eorum dicta, quibus attestationibus factis redditis testes per ipsos testes dimictat eos, et si videretur domino potestati et iudici mallefficiorum quod bene non dixissent veritatem eorum de quibus iudicandum est positum in arbitrio et maneriis fas, ipsos testes in palatio magno in quo fit consilium generale personaliter possit detineri usque quo dixerint veritatem negotii, et eos examinando et tenendo ad investigandum veritatem ut videbitur expedire dum modo non detineat eos ultra duos vel tres dies, et dum modo non torqueat eos vel alio modo gravet personaliter, nec in aliquo loco fetido

sedilium uel ostium recludent, dummodo ponat baiulum uel alios
ad custodiendum eos, de quibus detur salarium aliquid
per ipsos testes, et si contra fecerit uel sui capitulo fieri contingat potestas
et eius iudex et quilibet alius officialis qui contra fecerit condempnetur
in uiginti quinque libris denariorum de suo salario auferendis. Possit tamen potestas
et eius iudex ipsis testibus precipere quod non discedant de palatio deponentes
(?) ... sub pena quolibet et plus usque ad decem libras denariorum in discretione, consideratione qualitate
negotii et personarum. Et si discederent contra mandatum potestatis uel iudicis
condempnetur in quantitate precepto eis facto, et tenentur nichilominus
ad testationem reddere compellantur. | Quod nulla mulier occasione testi-
monii uel alia de causa cogatur ire in palatium uel de nocte morari. — xvij

Item prouisum et ordinatum est, ut suspectiones tollantur et
cogitationes male non nascantur, quod nulla mulier cogatur
per aliquem factum uel causam in palatio communis de die nec de nocte ire, stare
uel morari occasione atestationis faciende, uel alia causa, nisi forte
occasione malefitii perpetrati per eam, in quo casu possit de die et de nocte detineri
quousque satisfecerit uel donec tempus, si personaliter ob malefitium puniri
non deberet; et intelligatur nox in hoc casu ab hora uespertina
usque ad mediam terciam diei sequentis. Item non cogatur ire seu
ascendere palatium communis aliqua femina ciuitatis uel comitatus,
et maxime egregie mulieres, ex aliqua alia causa, sed possint mittere
procuratorem, et per procuratorem negotia exercere in quolibet casu et articulo. Et quando
aliqua negotia possunt per ipsarum dominarum siue feminarum mittantur ad eas
offitiales communis uel ad domum si fuerit honesta et egregia domina, uel saltem
ueniat usque ad palatium in aliqua ecclesia uel loco honesto ibi propinquo,
illuc uadat offitialis communis ad expediendum que ibi et in eius presentia
expedienda sunt seu erunt, et ualeant que per procuratorem earum erunt
gesta ac si personaliter ipsa gessisset. Item quod nulla mulier possit
uel debeat in secreto uel palam examinari seu interrogari de aliquo
(?) ... per potestatem uel iudicem aut offitiales eius seu per aliquos offitiales
communis nisi uno ex eiusdem propinquioribus consanguineis ~~de sua~~
extante presente uel marito ipsius mulieris et notarius semper adesse
debeat et scribere teneatur nomen personarum talis consanguinei

Quod mulier causa testimonij uel alia de causa cogatur ire in palatium uel de nocte morari. xvij

vel mariti, et quod ipso presente et intelligente dicta examinatio facta fuit dummodo dictus talis consanguineus teneatur iurare credentiam eius quod audiverit, et si non fecerit penam incidat viginti quinque librarum parvulorum et nichilominus talis attestatio sit ipso iure nulla.

De eo qui malum negaverit quod non possit probari ad defensionem suam fecisse. Capitulum xviii

De eo qui malum negaverit quod non possit probari ad defensionem suam fecisse. Capitulum xviii

Statuimus et ordinamus quod si aliqua persona aliquod malum commisisse interrogata fuerit a potestate aut suis maleficiorum iudicibus vel notariis negaverit ipsum malum fecisse vel omisisse de quo accusatur vel inquiretur. Et postea voluerit dicere quod fecerit ad suam defensionem id non valeat nec audiatur in hoc casu quin malum puniatur sicut in statuto continetur. Et predicta intelligantur et locum habeant in masculis et feminis

De maleficiis de quibus non est ordinata pena. Capitulum xviiii

De maleficiis de quibus pena non est determinata. Capitulum xviiii

Item statuimus et ordinamus quod si aliqua persona fecerit aliquod malum vel dixerit alteri aliquam iniuriam de quo vel qua non sit ordinata pena in statutis condempnetur et puniatur per dominum potestatem secundum provisionem domini potestatis et sindicorum maioris dicti communis Riom recedendo a communi consuetudine et modificatione pene secundum statutorum de similibus et similia procedendo que provisio nunc pretium statutorum ... fieri possit infra terminum dicti florini et etiam in dicto modo dicti pene imponende, fieri possit infra ... dicti florini et etiam in domo dicti sindici et in absentia domini potestatis una cum sindico predicto et... adminus ex iudicibus domini potestatis. Et predicta intelligantur si sindicus esset... debeat intervenire ... cum non esset vel esset absens debeat ... quo non vendicent sibi locum in casu in quo statuta ratio dictorum forensium. Et predicta non vendicent sibi locum in casu in quo statuta dantur arbitrium solummodo potestati

De duplicatione penarum. Capitulum xx.

De duplicatione penarum. Capitulum xx.

Item statuimus et ordinamus quod in omnibus et singulis maleficiis et delictis pene duplicentur si dicta malia vel delicta fuerint commissa in aliqua ecclesia dicte civitatis vel palatio dictorum forensium vel in palatio dicti communis residentie domini potestatis, et intelligatur palatium cum scalis suis vel in curia aliud officium dicti communis vel in platea communis la porta et claustri ecclesie Sancti Floriani usque ad loggiam communis inclusive

Et

et circum circa prout volvitur platea, vel exercitu vel cavalcatis
faciendis, per dictum com(mune), vel cum esset rumor in dicta civitate vel in portis
dicte civitatis que aperiuntur per viginti quinque pedes, vel quando
quis iret ad consilium vel a dicto consilio rediret, vel in foro quod fit
in Kama in ponte prati et ex portam sancti floridi, et ex portam sancte
Marie in die fori vel in domo vel ad domum habitationis offensi
vel in loco nuptiarum vel funeris, vel in alio loco ubi ius redde
retur per eos, vel in macello maiori iuxta palatium dicti com(munis) et in eccl(esi)a
et in curia dicti domini Episcopi, vel si offenderentur ambasiadores in eundo
et redeundo, vel rectores fraternitatis sancte Marie dum sunt in exercitio
eorum officii in die veneris sancti, vel si forensis offenderit civem
vel comitatinum dicte civitatis. Et non intelligatur forensis
quo ad predicta qui habitant in civitate predicta vel comitatu familiariter con
tinue per unum annum, vel si committeretur de nocte post pulsationem
campane que pulsatur ad pena duplam de sero que pulsari debeat
circa occasum solis usque ad sonum campane que pulsatur de
mane pro die, vel si committeretur coram aliquo rectore dicti com(munis),
si aliquis causa vindicandi percuteret aliquam coniunctam sibi usque in
quartum gradum secundum ius civile, de genere cognationis alicuius qui
primo offendisset, donec talis primo offensus vixerit. In quibus
omnibus et singulis casibus dictis pene duplicentur de aliis semper
statutis per que minores imponerentur pene. — De gli malefitii
pax fieri possit vel non possit. Et quod oportet bannum confessi in parte — xxxi

Degli an(?) pax fieri possit vel non possit et quod oportet bannum confessi in parte cxxx

Ordinamus et dicimus quod in homicidio et percussionibus in
quibus manus vel pes vel aliud membrum abscisum
vel devastatum fuerit, et in vasionibus stratarum quocumque tempore
commissis fuerint sive de die sive de nocte, tradimento et crimine
falsitatis, ad hoc ut bannum non diminuatur pax fieri
non possit nec valeat. De aliis vero malleficiis omnibus pax fieri
possit per quantumcumque pena et ille qui commisit malleficium pace habita
de predicta condempnetur in medietate eius quo condempnari deberet.

ex forma statutorum de mallo tamen quod in ipso instrumento pacis continetur
que vendicet sibi locum etiam in contumacia. Item quod instrumentum
finum de pace cuiuscumque malli faciat plenam probationem et per instrumentum
pacis probetur mallum fore commissum. Et quicumque accusatus aut
inquisitus tempore sue comparitionis et excusationis confessus fuerit
mallum de quo accusatus esset vel contra eum inquireretur habeat
beneficium pro dicta sua confessione quarte partis eius quo condempnari
deberet ex forma statuti originalis de tali mallo. Item quod si quis
utrumque beneficium pacis et confessionis habet non veniat condempnandus
nisi in quarta parte bannorum tamen. Si vero pacem non habet in tribus
partibus condempnetur eius quo condempnari deberet ex forma
capitulorum. Si vero non habet pacem et contumax steterit condempnetur in
in medietate tantum eius quo condempnari deberet ex forma statutorum
pro tali mallo. Et non possit nec admictatur beneficium pacis nisi
appareat de solutione gabelle manu notarii gabelle. Et idem in
inventionibus habeat etiam locum beneficium confessionis.

Quod potestas possit compellere partes inimicantes ad faciendum pacem vel dandum securitatem. xxii

Item statuimus et ordinamus quod si aliqua rixa molestia
vel brigha esset inter homines civitatis et comitatus Castelli que
obvenire posset ad aliquam inimicitiam que esset vel fieret inter homines
civitatis et comitatus Castelli quod potestas dicte civitatis possit et debeat
compellere partes inimicantes ad faciendum pacem vel ad dandum
idoneam satisdationem isto modo videlicet quod recipiat a qualibet parte inimicantium
satisdationem de non offendendo se ad invicem nec offendi faciendo toto
tempore sui regiminis in ipsius in quantitate quingentarum librarum denariorum et
non plus. Salvo quod si aliqua persona de predictis inimicantibus
non esset sufficiens ad prestandum vel dandum dictam satisdationem rema-
neat arbitrio potestatis de minori satisdatione recipienda considerata
conditione personis negotii prout dicto domino potestati placuerit. Et si predicta
dictus dominus potestas non observaverit vel delinquens fuerit vel fieri

de suo salvo centum libr. den. pro qualibet vice qua contra fecerit vel venerit
vel non observaverit et syndicus dicte civitatis dictam penam auferre
et exigere teneatur | De pena blassfemantis deum vel sanctos
vel alios iniuriantis et — C xxiij

de pena blassfemantis deum vel sanctos vel alios iniuriantis C xxiij

Statuimus et ordinamus quod si quis blassfemaverit deum vel gloriosam
virginem mariam, vel aliter iniuriata fuit, nominando proprio
nomine condempnetur in viginti quinque libris den. quam penam si non solvit
infra .xv. dies a die condempnationis computandos fustigentur
per civitatem castelli a porta sancte marie usque ad portam sancti iuliani
cum tenallis in lingua, et tamquam fur ducatur in facie et eidem lingua
abscidatur. Si vero blassfemaverit beatum floridum seu santum
amantium, vel alium santum santamque dei, vel aliter eos iniuriata
fuit, nominando eos vel aliquem eorum proprio nomine condempnetur in quinqua
ginta libr. den. Et si dictam penam non solvit infra xv. dies a die
condempnationis computandos fustigetur per civitatem per dictam a porta sancte
marie maioris usque ad portam sancti iuliani. Si vero blassfemavit
aliquem ex predictis dicendo maledictus sit ille vel illa, que vel qua
dixit, vel simili non nominando aliquem proprio nomine, aut manum elevaverit
in altum faciendo sicut vel ficatum pena xxv. libr. puniatur
qua pena si infra dictum terminum non solverit nudus per dictam civitatem
vel .x. fustibus fustigetur. Et si aliqua persona iuraverit per corpus
dei, vel sanguinem dei seu virginis marie, vel similia sacramenta
fecerit puniatur de facto pro quolibet et qualibet vice in viginti s. den.
Si vero iuraverit per budellos, vel ventriculos vel alia vituperosa
membra puniatur de facto in decem libr. den. Et in dictis casibus
et quolibet eorum sufficiat probatio unius testis de veritate vel duos
de fama publica. Et quilibet possit accusare et denuntiare de
linquentes in predictis vel aliquo predictorum, et habeat medietatem banni
et teneatur in secreto. Et ad hoc ut de blassfemiis cessent
statuimus quod dominus potestas et eius iudex et officiales possint et te
neantur et debeant vinculo iuramenti et sub pena in statutis

dicti communis teneatur inquirere et investigare contra blasfemantes in aliquo predictorum omnibus viis et modis quibus eis videbitur et placebit, et culpabiles repertos punire in penis supra notatis, et a processibus que fierent dicta occasione nullus valeat appellare. Et potestas hoc capitulum primo mense sui regiminis per civitatem civiter in locis publicis bampniri faciat prudenter. Insuper quod priores populi eligantur decem custodes celati penes quamlibet portam civitatis qui teneantur et debeant incontinenti denuntiare dicto domino potestati et eius curie delinquentes in aliquo casu predictorum, cuius custodis celatia credatur cum uno teste bone fame.

De pena proditoris et ei dantis auxilium consilium vel favorem — XXIIII.

[left margin: De pena proditoris et ei dantis auxilium consilium favorem. c. xxiiij]

Item statuimus et ordinamus quod nulla persona audeat vel presumat facere aliqua proditionem vel tradimentum civitatis vel aliquorum castrorum comitatus dicte civitatis, nec audeat vel presumat predicto proditori dare vel prestare auxilium consilium vel favorem aliquo modo vel ingenio. Et si quis contra predicta vel aliquod predictorum fecerit aut facere attentaverit vel presumpserit ultimo supplicio puniatur et bona eius publicentur et deveniant in comune.

De pena facientium guerram civitati — XXV.

[left margin: pena facientium guerram civitati xxv]

Item statuimus et ordinamus quod nulla persona cuiuscumque sit audeat vel presumat equester vel pedester facere guerram civitati vel comitatui, nec etiam sine consensu dicte civitatis aut specialibus personis de civitate vel comitatu, nec etiam audeat vel presumat venire in comitatum vel districtum dicte civitatis ad faciendum inter aliqua guerram vel robariam, vel presuram aliquarum personarum de civitate vel comitatu aut faciendo incendia, seu tamen faciendo predicta, nec talia perpetrantes et favorantes. Et si quis contra fecerit aut facere attentaverit et capi poterit et in fortiam communis pervenerit, potestas teneatur et debeat talem malefactorem propter grave et enorme delictum si fuerit miles vel eques condempnare ad ultimum supplicium et confiscationem bonorum, et si fuerit

pedes teneatur potestas seu facere suspendi ad furcas, ita quod moriatur
et in fustigatione bonorum, et condempnatione dicto executioni mandet
infra tres dies postquam venerit in fortiam dicti communis et populi domini potestatis
et si capi non poterit condempnetur et exbampniatur ut dictum est et
potestas in dictis penis teneatur exbampnire et condempnare de curte et com
ipso facto sine aliqua remissione, et hoc capitulum per consilium publice bampniat
ut bene sciatur. | Quod nulla persona sed ut fortilitia rebellet

xxvi.

quod nulla persona ut fortalitia se rebellet et xxvi

Dicimus et ordinamus quod nulla singularis persona vel universitas vel colle
gium audeat vel presumat rebellare se communi civitatis castelli ut
aliquod castrum seu munitionem, turrim, palatium, vel fortilitia cuiuscumque
iurisdictionis sit, dare, assignare et ponere in fortiam communis dicte civitatis ad
terminum et datum. Et quicumque contrafecerit, condempnetur per dominum
potestatem, tamquam rebellus, falsarius, et turbator pacis civitatis et
districtus castelli, ad ultimum supplicium, ita quod moriatur, et bona delin
quentis confiscentur communi dicte civitatis, et destruantur. Et teneatur potestas
funditus facere dictum castrum, turrim, palatium, fortalitia et munitionem
destrui et devastari facere, si erit illius vel illorum qui ea vel eam re
bellaverint, Et si erit vel erunt eorum proparte, ita quod penitus de
struatur. Et quicumque talibus facientibus et committentibus in predictis,
puniatur et condempnetur sine remissione aliqua pro quolibet vice reali
et personali arbitrio potestatis, Et de condempnatione exire non possit
nisi solverit dictum bampnum, Et hoc capitulum ab omnibus observetur.

quod nulla persona submictat aliqua iurisdictioni capitulum xxvii

| Quod nulla persona submictat alicui iurisdictioni — xxvii.

Item statutum et ordinatum est quod nullus de civitate vel comitatu castelli
audeat vel presumat, ordinare vel tractare, submictere aliquam com
vel specialem personam iurisdictioni aliqua alicui castri vel ville de comitatu vel
aliquid castrum vel villam dicte civitatis vel pertinentie dicte civitatis
pena capitis et quod eius bona publicentur communi, Et predicta omnia intelli
gantur etiam de civitate, et de consulentibus scribentibus et reformantibus
Et bampniatur hoc ordinamentum per civitatem et quod potestas possit et debeat

Quicumque civis comitatinus vel forensis tenet aliquam terram castrum seu palatium vel fortilitiam vel alias res comunis teneatur et debeat relapssare et de pena non relapssantis. C. xxviii

inquirere depredatores et receptores culpabiles punire

De quocumque cive comitatino vel forense tenente aliquam terram castrum vel alias res comunis debeat relapsare. Et de pena non relapsantis ——— xxviii.

Item statuimus et ordinamus quod quicumque civis comitatinus
vel forensis cuiuscumque status preheminentie et conditionis existat
tenuit vel teneri fecerit aliquam terram castrum turrim palatium
fortelitiam seu aliquam aliam possessionem rem seu bona mobilia vel im-
mobilia dicti comunis dictae civitatis vel comitatus dictae civitatis vel de quibus dictum
comune a quinquaginta annis citra fuerit in possessione seu quasi in corpore
dictae civitatis seu de tamquam de comitatu dictae civitatis teneatur
et debeat ad requisitionem et terminum statuendum per dominos priores
populi pro tempore existentes vel per dominum potestatem dictae civitatis ipsam
terram castrum turrim palatium fortelitiam possessionem res et
bona ipsi comuni relapssare libere et restituere ad penam tenentis terram
vel castrum vel palatium seu fortelitiam et non restituentis et li-
bere relapssantis dicto comuni infra dictum terminum heretici et perfide. Et
elapso dicto termino tam potestas quam quilibet alius officialis dicti comunis
suae iurisdictionis teneatur et debeat ad penam amissionis sui officii
inquirere et procedere depredatores et receptores culpabiles in persona
et rebus condempnare et punire et quemcumque in fortia comunis venerit
faciat caput a spatulis amputari ita quod moriatur. Et
debeat omnia bona talis delinquentis facere publicari et
effectualiter devenire in comuni non obstante aliquo privilegio
indulto seu rescripto alicuius principis seu domini ecclesiastici vel
secularis quod quo ad predicta ipso iure sit nullum. Et quod nullus
predictis sic tenentibus audeat vel presumat prestare auxilium
consilium vel favorem. Et qui contrafecerit ad arbitrium domini potestatis
realiter et personaliter puniatur. Si autem fuerint possessiones seu res
mobiles puniatur et condempnetur ad restitutionem ipsius rei
seu possessionis et fructuum perceptorum et in quantitate pretii

arbitrio dni potatis. Et p(re)d(ic)ta ne vendicent sibi locum
in concessionibus f(ac)tis alicui (contra) [?] opportuna dicte civitatis. Et ne
ad hoc p(re)d(ic)ta habilius p(er) dnum potatem executioni mandentur
p(ro)viderunt et ordinaverunt q(uod) p(re)d(ic)tus dnus potas elapso t(er)mino
p(re)d(ic)to s(upra)d(ic)tos [?] vel dnum potatis assignato possit et va
leat contra facientes contra p(re)missa et non restituerint, turrim
castrum, turrim, palatium vel aliquam aliam fortelitiam infra
civitatem p(re)dictam procedere et inquirere. Et habeat plenam et generalem liberam potatis
arbitrium et baliam, cum mero et misto imperio, et omnimoda iurisdic
tione cognoscendi et condempnandi alte et basse [illegible] sollep
nitate obmissis sine strepitu et figura iudicii. Et quod omnes
tam cives quam comitatini, etiam forenses habitantes in dicta civit(ate)
vel comitatu, tam equestres quam pedestres, etiam si fuerint sti
pendiarii, teneantur et debeant obedire et optemperare
mandatis dicti dni potatis quotiens quotienscumque dicto dno
potati placuerit, et inobedientes possit multare et condemp
nare de facto usque in centum libras. Et possit et ei liceat
pro executione p(re)missorum congregare et coadunare de dicta civit(ate)
vel territorio et destrictu, omnem gentem armigeram tam equestrem
quam pedestrem de dicta civitate tota vel territorio, quam etiam forenses,
et secum ducere ad locum ad quem executio p(re)missorum fieri con
tingeret prout sibi videbitur opportunum, Statuentes etiam
quod dictus dnus potas possit et ei liceat pro bono statu pacifico
et tranquillo dicte civitatis, possit et valeat cum illis qui
rebellassent aut tenerent aliquam turrim castrum palatium tur
rim vel fortelitiam facere pactum et concordiam et cum eis pa
cisci pacificare et ad concordiam pervenire, prout sibi melius
videbitur expedire, cum voluntate et licentia tam dnorum priorum
dicte civitatis quam ipsi fuerint. Et tales pax concordia et pacta
valeant et teneant et firma sint et esse debeant et inviola
biliter observentur

Quod nullus rehedificet castrum [illegible]

...ficet castrum vel fortilitia

[S]tatuimus et ordinamus quod nulla universitas vel comunantia alicuius
castri vel loci, nec aliquis singularis persona audeat vel presumat reficere
aliquod castrum destructum per comune castelli, nec fortilitia seu monitionem
nec aliquam novitatem facere malitiosam vel suspectam per se vel alium in
comitatu vel districtu comitatus civitatis castelli sine licentia domini
potestatis et consiliorum ducentorum [illegible]. Et si qua universitas vel comunantia
seu singularis persona contrafecerit, condempnetur homines ipsius comuna-
tie et universitatis et singularis persona per dictum potestatem in mille libris denariorum. Et te-
neatur dominus potestas omne quod hedificatum et positum est, et omnem
novitatem factam in dicto loco vel aliquo predictorum facere raditus destru-
et demoliri ad petitionem cuiuslibet petentis vel denuntiantis. Et si
potestas predicta facere neglexerit infra octo dies postquam ei denuntiatum fuerit
perdat de suo salario trecentas libras denariorum, immo teneatur et debeat sing-
sition facere [illegible] et eas effectui videre predicta quolibet mense, si quod hoc capitulo
factum esset in aliqua parte comitatus, et condempnatio ut supra continetur
sub dicta pena, a quibus syndicus [illegible] statim debeat cum con-
dempnare, Et nulli sit licitum appellare a predictis condempnationibus
nec intelligatur appellans. Et quod si aliqua monitio vel fortalitia
in aliquo castro vel fortalitia comitatus quod fuit destructum per comune civitatis
castelli facta esset, teneatur potestas ipsam monitionem vel fortilitiam
que facta esset postea vel remansit tempore destructionis facte per ipsum esset
destrui et demoliri facere sine dictis expensis indebitum expediri. Item quod
nullus forensis possit hedificare, vel hedificium erigere turrim vel
palatium vel aliquam aliam fortilitiam in aliquo castro dicte civitatis, vel alibi
in alia parte dicti comitatus, seu castrum aliquod hedificare in dicto comitatu,
Et predictum locum non habeant in populis dicte civitatis hedificandi
seu rehedificandi in eorum terreno seu possessione domum vel palatium.

...t turrim vel palatium in ... rubrica xxx.

Quod nemo faciat turrim vel palatium in aliquo castro — xxx.

Item statuimus et ordinamus quod nulla persona civitatis vel comitatus
vel aliunde cuiuscumque conditionis sit, audeat vel presumat hedificare
vel hedificari facere in aliquo castro comitatus aliquam turrim palatium

seu fortelitia altum vel altam ultra viginti pedes sine lic(entia) et expresso
consensu dominorum priorum populi et consiliorum dicte civitatis tantum anctenus et
si quis contrafecerit aliquo modo puniatur et condempnetur in quingentis
libris denariorum sine aliqua remissione et nichilominus quod hedificaretur
aut hedificatum esset contra formam presentis statuti destruatur et
potestas possit procedere in predictis ad petitionem cuiuslibet denumptiantis per accusationem
et inquisitionem et omni modo quo sibi videbitur et placebit ut predicta me
lius observentur   Quod magnates non faciant fortelitias

Quod magnates non faciant fortelitias in comitatu et de pena astantium eos c. XXXI

in comitatu. Et de pena adstantium eos   XXXI

Statuimus et ordinamus quod nullus ex magnatibus civitatis vel
comitatus possit vel audeat facere in comitatu castelli vel alio
loco vel castro aliqua fortelitiam sub pena arbitrii potestatis et quolibet
contrafaciente et quilibet mictat. Item quod nullus ex magnatibus possit vel
debeat in aliquo pastatu vel festo convitare cives ultra numerum duode
cim. Et quod addo modo et nullus civis debeat mictere. Item quod nullus
ex dictis magnatibus possit secum ducere per civitatem vel civitate de civi
tibus nisi quatuor et addo modo et nullus civis debeat eos asso
tiare per civitatem pena quinquaginta librarum denariorum de quo in gratis denumptiatione
potestas et habeat medietatem pene quod denumptiare fecerit in comitatu dicta
dicta et quilibet possit accusare et denumptiare et habeat medietatem banni
et eius nomen teneatur in secreto

De pena magnatum offendentium populares c. XXXII

De pena magnatum offendentium populares   XXXII

Item provisum et ordinatum est quod si aliquis de domibus vel con
gnationibus infrascriptis legis vel legitimus suppositus
vel non suppositus iurisdictioni comunis castelli, interfecerit vel interfici
fecerit aliquem de populo civitatis vel destructus castelli
in comitatu civitatis vel districtu dicte civitatis vel alibi pena capitis
puniatur, ita quod omnino moriatur, eius bona omnia dicto comuni pervenire
ad ~~iungerentur~~ (adiudicentur) confiscentur et publicentur de bonis popular
occisi adiudicentur et adiudicata esse intelligantur pleno iure,
Et insuper illi de domo talis magnatis interficientis talem
popularem vel interfici facientis in libris duobus milibus de
nariorum comuni condempnetur, quam condempnationem dominus potestas

dicto teneatur exigere et debeat sub pena quingentarum librarum parvorum
cuius pene quarta pars sit exigentis et residuum sit communis. Quod si aliter
offenderet vel offendi faceret vel aliquod delictum vel in iniuriam fe
cerit vel fieri fecerit alicui ex popularibus dictis puniatur
quadruplicata pena qua puniretur si aliquis popularis offendens
vel iniuriam faciens alicui populari. Et in hiis pacis benefi
cium non vendicet sibi locum. Contra quos magnates possit
inquiri et ad tormenta procedi in casibus in quibus permictitur inquisitio
et tortura secundum formam statutorum. Et intelligantur tantummodo de ipso
castellano quo ad predicta et infrascripta quicumque est vel esse fuerint
vel esse poterit de consilio populi. Et omnes alie persone civitatis comitatus
castelli et districtus eiusdem que subiecte in propria iurisdictione
potestatis dicte civitatis. Et si quis de ipso castelli vel etiam aliunde
scienter associaverit aliquem magnatem de domibus vel congregationibus
infrascriptis ad aliquod malum committendum capite puniatur ita quod
penitus moriatur. Et eius bona que existentur et adiudicentur
pro dimidia dicto communi et pro alia dimidia heredibus interfecti. Quod si aliquis
vel predicitur associaverit aliquem magnatem de domibus vel congrega
tionibus infrascriptis ad aliquod aliud malum committendum solvat quam
duplicem penam sicut magnus qui malum perpetraret vel fieri
perpetravit. Et talis popularis associans tale magnate non habeat
abinde in antea pro populari sed ab infrascriptis privilegiis et honoribus
popularibus concessis ipso iure sit exclusus. Et si talis popularis non pervenerit
in fortiam communis castelli cogatur magnas associatus pro eo solvere dictam
penam. Et si revocantur in dubium utrum magnas offendens
vel offendi faciens ut supra in presenti capitulo continetur sint de
magnatibus vel quod popularis sint de popularibus et aliter probari non
possit sufficiat probatio publice fame quod sint de magnatibus vel
popularibus dictis. Ita quod probatio publice fame quo ad predicta pro plena
probatione habeatur. Et ad probandum quod aliquis de magnatibus

82v

ripedis commiserit vel committi fecerit ipse vel aliquis suis familiaris
vel aliquid aliud maleficium contra aliquem de populo castellano suffi-
ciat et sufficere debeat publica fama et habeatur pro plena probatione et legiptima
Et testes contra dictos magnates vel alios offensos super predictis
vel aliquo predictorum non possint vel debeant reprobari
Et de predictis et quolibet predictorum dominus potestas possit et ei liceat ac
teneatur et debeat in genere procedere et per processum et inquisitionem
formare et facere cum accusatore vel denumptiatore et ex eius proprio offitio
publice et secrete

Quod magnates non possint intrare palatium — XXXIII.

Item provisum et ordinatum est quod nullus magnas de domibus
vel congnationibus infrascriptis audeat vel presumat intrare pa-
latium dominorum priorum populi nec palatium domini potestatis vel syndici maioris
vel notarii plani nec intrare in curiam alicuius offitialis forensis dicti
comunis sub pena centum librarum denariorum parvorum et qualibet vice contrafa-
cientis Et de predictis dominus potestas possit et ei liceat ac teneatur
et debeat ad petitionem et instantiam cuiuslibet accusantis vel denumpti-
antis procedere et ex eius offitio singulis mensibus in genere et quilibet
possit denumptiare et accusare et teneatur nomen eius secreto nec
teneatur accusator vel denumptiator se subscribere vel fideiussorem
dare. Salvo quod si accusarentur vel contra eos inquireretur vel
procederetur per dominum potestatem vel per aliquem alium offitialem dicti comunis
de aliquo maleficio vel delicto tunc possint intrare dicta palatia et
curiam et se presentare coram illo offitiali qui contra eos procederet
quando citatus vel requisitus fuerit ad respondendum inquisitioni
vel accusationi facte contra eos vel quando esset locus torture et non alia
facta responsione possint et eis liceat per procuratorem defensiones facere
etiam si maleficium esset tale quod imponeretur pena sanguinis
vel corporalis. Quando deberet prosequendo suam et suorum
iniuriam possint etiam intrare dicta palatia et accusationes
porrigere et facta abinde in antea prosequantur et prosequi
tamen possint per procuratorem tantum etiam si esset tale maleficium
ad quod procurator de iure admicti non deberet et amplius per dictam
causam dicta palatia intrare non possint nec debeant ullo modo

sub dicta pena et si magnatus vel aliquis eorum fictitie quesito colore causa intrandi dicta palatia vel curie officialium predictorum vel alicuius eorum quod probari possit per publicam famam, tales actator vel actatus condempnetur per potestatem in centum libr. den. pro qualibet vice. Et domini priores populi non possint vel eis liceat dare licentiam dictis magnatibus intrandi dicta palatia vel curie ipsorum officialium vel alicuius eorum, et si darent non valeat et condempnentur in libris ducentis pro quolibet ipsorum qualibet vice. Et salvo quod dicta licentia non liceant qui dicti magnatos irent ad consilium maius generale vel ad consilium dominorum priorum populi requisiti cum aliis sapientibus civitatis predicte vel qui vocarentur ex parte dominorum priorum populi ad aliquod offitium vel aliquam ambaxitam, ad quam vel quod eos eligerent vel qui vocarentur ad testemonium faciendum in dicta curia, vel quando cent detinendi in dictis palatiis vel curie, pro satisfactionibus vel solutionibus eorum que deberent communi seu alii universitati vel specialibus personis. In quibus casibus possint intrare palatia et curie supradictas et non aliter sub dicta pena.

| De magnatibus post [illegible] c. xxxiiij

Quod potestas non loquatur cum magnatibus post tertium sonum campane — xxxiiij.

Item provisum et ordinatum est quod si potestas post sonum campane que pulsatur pena duplicanda loquaretur cum aliquo de predictis magnatibus vel aliquis iudex vel offitialis dicta curie condempnetur pro qualibet vice in centum libr. den. Et de predictis offitialibus faciendo in suo offitio debeat ex offitio sindicari et in tali quantitate condempnari.

| De non suppositis iurisdictioni offendentibus populares xxxv

De pena non suppositi iurisdictioni domini potestatis offendentis populares — xxxv

Statuimus et ordinamus quod si aliquis de domibus vel consortibus [illegible] non subiectus iurisdictioni domini potestatis civitatis castelli, vel qui declinaret iurisdictionem predictam, offenderit vel offendi faceret aliquem popularem, quod propior est eius consanguineus teneatur solvere illam penam pecuniariam, quam solvere teneretur talis non subiectus vel iurisdictionem declinans proprio facto ex forma statuti dicte civitatis. Et non interfecerit vel interfici fecerit aliquem popularem, ubi de damno cui in [illegible] duobus milibus de facto condempnetur, et dominus potestas sub pena libr. quingentarum den. dictam penam de facto statim predicto communi exigere teneatur a dicto propiori, et ab aliis omnibus dicte domus in stantium statim fide tradita quod talis non subiectus vel iurisdictionem declinans, malum vel homicidium

commiserit vel committi fecerit sive condempnationem aliquam vel processum. Et quilibet delinquens impune offendi possit / Et quod dominus potestas eius quod iudex et officiales de hiis que propterea fecerint / nullam penam patiantur / nec de predictis possint modo aliquo sindicari et in dictis et quolibet predictorum fama publica pro plena probatione habeatur

pro eo quod omnes magnates trahant ad palatium dominorum priorum c xxxvi

Quod omnes magnates properare trahant ad palatium dominorum priorum — xxxvi

Item provisum et ordinatum est / quod si aliquis rumor quacumque de causa vel quocumque tempore oriretur in civitate castelli, tum omnes populares cum armis et sine trahere debeant ad portas prioris et eis auxilium et favorem prestare et dare / Et qui tempore rumoris traxerit ad aliam partem in libris quingentis de facto comuni puniatur et si illic condempnetur. Preterea volumus quod nullus de predictis domibus et cognationibus trahat cum armis vel sine, pedes vel eques ad plateam vel ad aliquam stratam regalem. Et si tempore inceptionis rumoris fuit in platea vel in stratis redire debeat ad domum suam et ibi stare quousque sedatus fuit rumor. Et qui contrafecerit penam quingentarum librarum incurrat. Et ex civitate et comitatu castelli per spatium decem annorum confinetur, que si non paruerit impune a quacumque persona offendi possit / quarum penarum dictorum magnatum quarta pars sit officialis exigentis et residuum sit comunis

Qualiter puniatur magnates de malleficiis per eos commissis — xxxvii

Item dicimus et ordinamus / quod de omnibus singulis homicidiis proditoribus / robariis / furtis et falsitatibus, que committerent per aliquem magnatem de ipsis tribus domibus possit et debeat dominus potestas et eius curia, et alios officiales ad quos expectat cognoscere procedere condempnare et punire infra quinque annos a die commissi malefitii / de aliis vero maleficiis, que per eos committerentur, possit cognosci procedi condempnari et puniri et per infra duos annos a die commissi maleficii computandos

Domus autem seu cognationes de quibus supra dicitur et contra quos suprascripta ordinamenta sunt condita sunt hec videlicet

Inprimis omnes et singuli Marchiones de Monte Sancte Marie de Petriolo de Civitella. et omnes alii marchiones de ...

dicte civitatis et eorum descendentes in perpetuum per lineam masculinam legiptime et non legiptime

Item singuli de Ubaldinis et de domo Ubaldinorum et eorum descendentes in perpetuum per lineam masculinam legiptime et non legiptime

Item singuli de Ghuelfutiis et de domo Ghuelfutiorum in perpetuum per lineam masculinam legiptime et non legiptime.

Quod dominus potestas capitaneus possessionem ecclesie vacantis etc. —— xxxviii

Statuimus et ordinamus quod si aliqua ecclesia in civitate vel comitatu vel districtu castelli vacari contingerit in futurum, per mortem alicuius electi cleri vel prelati seu per novationem vel renumptiationem vel alio quocumque modo de qua esset questio quod dominus potestas et priores populi dicte civitatis propre existentes sibi illi exeuntes qui requisiti fuerint, teneantur et debeant ex debito eorum offitii et ex vinculo iuramenti ad instantiam partis que fuerit de civitate comitatu vel districtu castelli, et non aliunde accipere possessionem talis ecclesie vacantis de qua esset questio, et dictam ecclesiam per eorum familiares quos et quot per se voluerit cum salario .s. trium denariorum pro quolibet et quolibet die, et expensis cibi et potus eis dandis per partem ad cuius instantiam possessio accepta fuit, facere custodiri donec questio fuit determinata et sopita, et dicta questione determinata, possessionem talis ecclesie parti cui data fuit possessio relaxare et dare. ~~dicto vel ... in favorem vel fauditam alicuius ecclesie civitatis castelli vel comitatus vacantis vel novata, cum rectore prelato vel sine~~, Et si quis aut bona vel possessio eius que ut predicitur vacaret detineret, seu ad voluntatem domini potestatis vel priorum populi eorum famulis non exiberet, aut non daret aut possessionem per dictum eorum famulis acciperet, vel eos in eis turbaret vel iniuriaretur, si sit mangnas in libris mille denariorum et popularis vel libri quingentis denariorum comuni castelli similiter condempnetur, si vero fuerit forensis, caput ei a spatulis amputetur, et si non fuerit non subpositus iurisdictioni comunis castelli, seu dicti comunis iurisdictioni detinens cuius propriores consanguinei ex linea patria, si sint mangnates in libris mille denariorum et si sint populares in libris quingentis denariorum comuni predicto similiter condempnetur, absque aliquo processu de eis faciendo

Quam penam dnus potas exigere teneatur et debeat sub pena
librarum quingentarum den. a prioribus sanguineis predictorum. Et ille
qui predictam exactionem fecerit habeat eius quod exiget quartam partem
et residuum sit cois. Et predicta debeant fieri requesito tamen con
silio dni Epi si tunc esset in civitate contingerit

q statuta noientur stat. iustitie c xxxviij

Quod statuta noientur Statuta Iustitie. — xxxviij.

Ordinamus et dicimus quod ex predicta omnia et singula ordinamenta
sive statuta. hic in octo prioribus statutis precedentibus
et ea omnia que in ipsis octo statutis sive ordinamentis continentur,
noientur, nuncupentur, et appellentur, et noiari et appellari possit
et debeant pro ordinamenta et statuta Iustitie populi castellani, et
sint firma et pro rata et vallida, Et quod imperpetuum ipsa ordina
menta iustitie, vel aliquod ipsorum, nullam mutationem, detractionem
correctionem, vel interpretationem recipiant. Immo de ipsorum mutatione
cassatione, suspensione, derogatione, detractione, correctione vel
interpretatione, aut dilatione executionis eorum que predictorum ordinamentorum
iustitie rigore, in futurum occurrerent quomodolibet exequenda, proponi
provideri, arengari, scribi vel reformari non possit nec debeat in aliquo
consilio dicti populi vel cois, magno vel parvo, nec etiam in societate
sive massa populi dicte civitatis aut generali adunantia, vel etiam
parlamento, et si secus proponeretur, arengaretur, scriberetur, pro
videretur, vel reformaretur, non valeat nec teneat set ipso iure sit irritum
Et insuper dnus potas et priores populi, et quilibet alius, qui contra predicta
proposuit, arengaverit vel scripserit, penam mille librarum den. pro quolibet
ipsorum ipso facto incurrant, absque aliquo processu vel condempnatione
desuper propterea fienda, que per eos ab ipsis exigatur, et de salario dicti
dni potatis per camerarium cois debeat detineri, et ab officiis
in quibus populi vel cois essent sint privati et amoniti in totum et
in perpetuum ad aliquod officium cois per eos non possit vocari, eligi vel ad
sumi, Et quod in futurum in [illegible] statuto ordinamento vel reformatione
derogatione sive suspensione que fieret in quocumque consilio cois vel

p(ro)p(ter)e q(ui)d(em) magno vel parvo semp(er) poni et dici debeat ordinam(en)ta
iustitie p(o)p(u)li castellani firma et rata maneant, ac talis derogatio
sive suspensio a nullo p(ro)poni possit vel scribi, aut sup(er) ip(s)a arengari
sub pena libr(arum) quingentar(um) libr(arum) den(ariorum) cort(onensium). Et statutar(ii) dicti co(mun)is
qui in futurum eligerentur, sub d(i)c(t)a pena p(re)d(ic)ta ordinam(en)ta iustitie
d(e)bu(n)t ad i(n)bu(n)um in statutor(um) volumi(n)e po(ne)re teneantur. Que
statutor(um) et ordinamentor(um) iustitie obs(er)vationem, d(omi)nus pot(esta)s, s(yndicus)
maior et ipsor(um) offitiales p(ro)p(ter)eo p(o)p(u)li in eor(um) offitii iuramento iurare
expressius teneantur sub pena quingentar(um) libr(arum) den(ariorum) p(ro) quolib(et) ip(s)or(um)
et sub eadem pena cancellarii d(i)c(t)i co(mun)is d(e) p(re)d(i)c(t)is iuramentu(m) rectorib(us)
et offitialib(us) d(i)c(t)is co(m)putare expressius teneatur in p(re)d(ic)tio(n)e vel eor(um) alia,
non obstantib(us) aliquibus capitulis, statutis et ordinamentis d(i)c(t)i co(mun)is

Q(uod) nulla iura conventicula seu conspiratio fiat i(n) civit(ate) vel comi(tatu) — xl

[margin: conventicula vel conspiratio vel contra castellum c. xl]

Item statuimus et ordinamus p(ro) bono pacifico et populari statu
civitatis p(re)d(i)c(t)e et comitatus eius manutenendo et s(er)vando, q(uod) nulla iura
conspiratio, conventicula, congregatio, compagnia seu societas, seu quocumq(ue)
nomine censeantur, in civitate castelli seu eius comitatu nec alibi fiat aut
fieri debeat p(er) aliquem vel aliquos de civitate castelli vel eius comitatus vel
aliunde, contra comune vel aliqua(m) aliam singularem p(er)sonam civitatis castelli
vel eius comitatus. Et si quis contrafecerit puniatur et condempnetur, vid(elicet)
ille qui talem iuram, vel alia(m) congregationem sollicitaverit, ad inveni(endum)
fecerit, aut inceperit in quingentis libr(is) den(ariorum), ille vero qui ad ip(s)a(m)
iuraverit, aut secutus fuerit, in ducentis libris den(ariorum). Et quicumq(ue)
non dederit consiliu(m), auctoritatem vel favorem, ut p(re)d(ic)ta fiant, puniat(ur)
i(n) centu(m) libr(is) den(ariorum), notarius aut vel alia quecumq(ue) p(er)sona q(ue) scripserit
aliq(ui)d circa p(re)d(ic)tam iuram, societatis seu congregationem vetita ut d(i)c(tu)m
est, puniatur in abscissione manus, que ei abscindatur. Item
q(uod) nulla p(er)sona debeat aliquo modo, nec audeat de aliq(ua) p(ar)te vel septa
contendere pena vigintiquinq(ue) libr(arum) den(ariorum). Item q(uod) si aliquis puniret(ur)
reducere statum civitatis in aliqua partem vel septam, p(ro)pter qua(m) reducere(tur)
popularis bonus et pacificus status dicte civitatis turbaretur, ultimo
supplicio puniatur et in confiscatione suor(um) bonor(um). Statuentes et
insup(er) ordinantes q(uod) nullus civis comitatinus vel districtualis

Civitatis castelli vel habitans in dicta civitate comitatus vel destrictu audeat vel presumat directe vel per obliquum pala vel occulte, adunantiam gentis armigeram facere vel garzare seu aliquem ducere vel destinare in iuriam vel offensam seu initium vel destrictum alicuius civitatis, castri vel loci, domini vel alicuius alterius hominis vel persone sine expressa licentia dominorum priorum populi et consilii sedecim dicte civitatis qui pro tempore fuerint, pena quingentarum librarum denariorum, cuicumque adunanti aut conducenti vel destinanti absque licentia dicta, qua pena si non solverit infra mensem a die qua venerit in fortiam communis, amputetur ei pes ita quod a corpore penitus separetur. Et quod nullus civis comitatinus vel districtualis vel habitans in dicta civitate comitatu vel destrictu audeat vel presumat cum stipendio vel sine ire, manere aut esse in modum armigerum in initium vel destrictum alicuius civitatis vel castri, universitatis vel loci, domini vel alterius singularis persone sine expressa licentia dicta, et qui contrafecerit condempnetur in ducentis libris denariorum, qua pena si non solverit infra unum mensem a die qua venerit in fortia communis, amputetur ei pes, ita quod a corpore separetur. Et predicta non vendicent sibi locum in euntibus vel conducentibus ad aliquod offitium, vel in illis qui fuerint conducti a quinque annis infra ad stipendium, eundo longe ad aliquem locum distantem a dicta civitate per quatreginta miliaria. Et predicta vendicent sibi locum ad futura tantum, et de preterita non possit et debeat procedi et condempnari ad arbitrium domini potestatis usque in centum libras denariorum pro quolibet et qualibet vice. Et si potestas negligens fuerit in predictis non executionibus perdat de suo salario an(?) libras denariorum.

De pena committentis malefitii propter quod rumor esset in civitate — cxli

De pena committentis malefitii propter quod rumor est in civitate — xcli

Statuimus et ordinamus quod pro evidenti utilitate communis castelli et populi dicte civitatis et pro manutenendo et servando pacifico et tranquillo quieto statu ipsius civitatis et comitatus, quod si aliqua persona cuiuscumque conditionis existat, commiserit per se vel alium aliquod malefitium in civitate vel comitatu castelli propter quod rumor esset in ipsa civitate, ita quod campana communis vel populi pulsaretur ad martellum vel populus ipsius civitatis veniret ad arma, puniatur et condempnetur in duplo eius quo condempnari deberet, vel posset ex forma statutorum et ordinamentorum

toris loquentium de tali malleo qualitate p[er]s[one] et f[a]c[t]i et condicion[e] t[em]p[or]is
Statuentes insup[er] q[uod] nullus offensus vel alius cuiuscu[m]q[ue] con-
dictionis existat t[em]p[or]e alicuius rumoris malleij vel alio aliquo t[em]p[or]e
audeat vel p[re]sumat exclamare ad arma ad pena[m] centum libr[arum]
den[ariorum] et plus ad arbitrium d[omi]ni potestatis et syndici maioris in-
specta qualitate et condicion[e] p[er]s[one] f[a]c[t]i et t[em]p[or]is

De pena frangentis loca religiosa c xlij

De pena frangentis loca religiosa — xlij

Item statuimus et ordinamus q[uod] si aliquis fregerit aliq[uod]
locum religiosum d[omi]narum seu monialium vel fratrum religiosorum cuiuscu[m]q[ue]
ordinis vel habitus sint civitatis vel comitatus et intraverit contra
bonos mores violenter si quidem fuit de nocte condempnetur in mille
libr[is] den[ariorum] quas penas si non soluerit infra quindecim dies a die late sententie
computandos manus dextera sive pes dexter amputetur taliter q[uod] a
corpore separetur

De pena euntis ad domum alterius violenter vel [illegible] contentis c xliij

De pena euntis ad domum alterius ad p[ro]eliandu[m] — xliij

Item statuimus et ord[inamus] q[uod] nulla p[er]sona audeat vadere vel p[re]sumat in
dicta civitate vel comitatu vel de die vel de nocte cum t[ur]ba sua ad domum alterius
ad p[ro]eliandum ipsam domum vel existentes in ea vel ignem immittere
in dicta domo pro vindicta facienda vel iniuria inferenda. Et q[ui] contra
fecerit condempnetur in quingentis libr[is] den[ariorum] et plus re[spec]t[u] p[er]sone
ad arbitrium d[omi]ni potestatis et syndici maioris et ad emendation[em] dupli
dampni passi. Si vero quis hostia alicuius domus fregerit vel domum
alicuius violenter intraverit puniatur in centum libr[is] den[ariorum] et in me-
dietate dampni. Pari pena puniatur assistentes vel auxilium p[re]bentes in
p[re]dictis vel aliquo p[re]dictorum. Et in casu p[re]dicto ubi incendium factum fuit et
condempnatus dictam quantitatem non soluerit infra quindecim dies a die
late sententie computandos igne totaliter aburatur ita q[uod] moriatur.
Providentes insup[er] q[uod] si aliquis invenerit aliquam p[er]sonam in domo sua
p[ro]pria vel conducta suspectam t[em]p[or]e noctis subripientem res suas malo
modo accipientem vel uxorem vel aliquam de sua familia violantem
vel violare volentem t[un]c vel p[re]sentem capere posset et percusserit eum
vel ea cum sanguine vel sine etiam si mortuus fuit ex tali percussione
dictus capiens vel p[er]cutiens in aliquo puniri vel condempnari non possit

et de predictis stetur iuramento patientis, si noluerit iurare quod eum invenerit in domo sua propria vel conducta facientem vel detinentem predicta, cum duobus testibus vel cum publica fama concordante et dicto unius testis de familia sua sciente in domo tali sufficiat publica fama et iuramentum ipsius.

De libero homine non capiendo in civitate vel comitatu C. xliiij

De libero homine non capiendo in civitate vel comitatu — xliiij.

Item statuimus et dicimus quod si aliquis ceperit aut capi fecerit in muros civitatis castelli vel in comitatu aliquem hominem cuiuscumque condictionis sine licentia et mandato domini potestatis suorum iudicum vel alterius offitialis iurisdictionem habentis pro suo offitio exercendo dicti comunis, sua auctoritate ducendo ipsum personaliter contra eius voluntatem ad domum ipsius vel alterius vel ad aliud locum, solvat comuni pro bampno quingentos libras denariorum et nichilominus captum relapsare teneatur et restituere res ablatas. Et si ipsum non relaxaverit postquam potestas eidem preceperit vel precipi fecerit infra terminum sibi assignatum per potestatem vel eius iudicem sive personam comunis condempnetur comuni in mille libras denariorum pro bampno si capi poterit, et si capi non poterit sit et esse debeat de civitate castelli eo ipso de facto ipso iure exbampnitus, publicatis comuni omnibus suis bonis. Et si non poterit solvere dictum bampnum, et caput amputetur. Et si potestas predicta non fecerit, condempnetur per sindicum comunis in quingentis libris denariorum et dictam condempnationem cum effectu exigere teneatur et in utilitate dicti comunis adducere. Et predicta non vendicent sibi locum in patrem qui caperet filium nec in domino qui caperet servum suum, nec etiam in eum qui caperet aliquem inimicum dicti comunis nec etiam in domino qui caperet famulam fugientem cum rebus sibi subtractis, dummodo ducat in fortia potestatis vel alterius rectoris dicte civitatis nec in capientibus exbampnitos, quo casu servetur forma statuti loquentis de tali materia.


De vitio sodomitico C. xlv

De vitio sodomitico — xlv.

Statuimus et ordinamus quod potestas teneatur primo mense sui regiminis facere per civitatem publice bampniri voce preconia quod omnes masculi maiores xiiij annis se debeant a maledicto et nefandissimo vitio sodomitico sive bugiarie optime precavere. Et quicumque fuerit inventus post modum in predictis contra predicta facere teneatur potestas condempnare ad mortem tale sodomitam et quod igne comburatur.

nulla domus destruatur de aliquo tamen predicto

De facientibus robarias, furta et de penis ipsorum ——— xlvii.



Statuimus et ordinamus quod si aliquis in strata vel via publica civitatis vel
comitatus Castelli commiserit seu fecerit aliquam robariam seu depredationem
rei vel rerum valoris et extimationis centum solidorum et abinde infra condempnetur
in centum libris denariorum quam penam si non solverit infra xv dies a die late sententie
numerandos, fustigetur per totam civitatem et ferro callido in ganascia coquatur;
Si vero fuerit valoris et extimationis a centum solidis usque in decem libras denariorum
puniatur in ducentis libris denariorum; Si vero fuerit valor et extimatio a de-
cem libris denariorum usque in vigintiquinque libris denariorum puniatur in quatringentis
libris denariorum; Si vero fuerit valoris et extimationis a vigintiquinque libris denariorum supra
cuiuscumque valoris et extimationis condempnetur in quingentis libris denariorum; quas
penas si non solverit infra xv dies a die late sententie computandos ei manus
dextera debeat amputari; Si vero quis derobaverit seu depredatus fuerit duabus
vicibus predicta facta vice condempnetur in dupla eius in qua condempnaretur
pro prima robaria; si vero depredatus fuerit seu derobaverit tribus vicibus
tunc dictus robator sive depredator furcis laqueo suspendatur; Si vero
derobarie seu depredationes predicte fuerint facte alibi quam in stratis viis et
publicis tunc in medietate dictarum penarum condempnetur; preterquam ubi inveniet
pena sanguinis imponenda quo casu puniatur ut supra; Et intelligatur
depredatio et robaria esse commissa, si quis armatus violenter aliquam
rem acceperit alicui; Si vero sine armis aliquis alicui rem vel res violenter
abstulerit cuiuscumque valoris fuerint puniatur ad arbitrium potestatis
usque in centum libras denariorum, consideratis qualitate facti loci et temporis et conditionibus
personarum; Si vero quis in civitate vel comitatu Castelli furtum fecerit alicui de re
vel rebus valoris et extimationis viginti solidorum et abinde infra puniatur arbi-
trio potestatis, dummodo non excedat quantitatem xxv librarum denariorum; Si vero quis-
quis furatus fuerit rem vel res valoris et extimationis a viginti solidis
usque in centum solidos condempnetur in quinquaginta libris denariorum; Si vero fuerit va-
loris et extimationis a centum solidis usque in decem libras denariorum condempnetur in centum
libris denariorum; Si vero fuerit valoris et extimationis a decem libris usque in viginti
quinque condempnetur in centum quinquaginta libris denariorum. Si vero fuerit valoris

a viginti quinque libr. usque in quinquaginta libr. den. condempnetur in ducentis libris libr. den. Et si fuerit valoris et extimationis a l. libr. usque in centum libr. den. puniatur in trecentis libris den. a centum vero libris supra cuiuscumque valoris et extimationis sit res furata condempnetur in quatringentis libr. den. quas penas si non solverit infra xv. dies a die late sententie, nudandus fustigetur per plateam civitatis castelli et ducatur ad petronem dicti comunis et ibi cum ferro calido in guancia coquatur et ligetur et moretur ibi saltim duabus horis. Si vero quis duabus vicibus furatus fuerit puniatur in duplum eius quo primo furto puniretur, qua pena si non solverit ut dictum est, fustigetur ut supra et eius manus dextera amputetur. Si vero tribus vicibus furatus quis fuerit condempnetur in triplo eius quod primo furto extitit declaratum, qua pena si non solverit infra xv dies a die late sententie, furcis laqueo suspendatur. Si vero quis quatuor vicibus vel pluribus furatus fuerit absque aliqua redemptione furcis laqueo suspendatur. Et in quolibet casuum predictorum teneatur et debeat dominus potestas et quilibet alius rector officialis dicti comunis qui cognoscet de predictis facere emendari vel restitui res derobatas vel furto subtractas in duplum illi cui fuerint derobate vel furto subtracte. Et a predictis et quolibet predictorum exceptuamus et excipimus minores xiiij annis, quos dictis penis vel aliqua alia occasione predictorum puniri non volumus teneri. Et eisdem penis quibus supra volumus teneri et puniri derobantes vel furantes extra comitatum castelli, si apportaverint et retractaverint res derobatas vel furatas in civitatem vel comitatu castelli.

De non restituendo res robbatas vel furatas apud alios inventas c. xlviij

De non restituendo res robbatas seu furatas apud alios inventas. — xlviij

Item statuimus et ordinamus quod siquis rigaterius vel alia persona in platea comunis in foro die fori vel strata publica, publice et palam rem aliquam mobilem seu se moventem bona fide emerit vel alio iusto titulo acquisiverit, presentibus duobus testibus, non possit ab emptore vel alio iusto titulo acquirente talis res empta vel alio iusto titulo acquisita revocari vel opponi quod ipsa res fuerit furtiva vel derobata, set ipse ad quem spectaret, si voluerit illam rem pretium emptori vel habenti alio iusto titulo restituat, pro quo talem rem acquisiverit, reservato iure illi cui fuit res subtracta furto vel derobbata contra furem vel derobbatorem vel alium qui mala fide habuit rem predictam.

¶ De pena illius qui intulerit vim alicui mulieri — xlviij.

pena illius qui vim intulerit alicui mulieri c.xlviij

Item statuimus et ordinamus quod si quis vim intulerit alicui mulieri
maritate vel virgini cognoscendo eam carnaliter contra eius
voluntatem capite puniatur. Si autem primum carnaliter eam cognoscere
attentaverit set non cognovit in effectu, si in domo habitationis sue
condempnetur in quingentis libris denariorum, si vero extra domum sue habitationis
in trecentis libris. Si vero aliquis cognosceret carnaliter aliquam virginem vel
maritatam de voluntate ipsius mulieris, siquidem in domo habitationis
dicte mulieris, condempnetur in quingentis libris denariorum, si vero extra domum in du-
centis libris denariorum condempnetur. Si autem aliquis carnaliter cognoverit
primum aliquam mulierem viduam vel aliam honeste viventem siquidem in
domo habitationis talis mulieris, condempnetur in mille libris denariorum. Si
vero extra domum in quingentis libris denariorum. Si vero primum carnaliter cognoscere at-
tentaverit, et non cognovit, siquidem in domo habitationis talis mu-
lieris in trecentis libris denariorum condempnetur, si vero extra domum in ducentis
libris denariorum condempnetur. Si autem aliquis cognosceret carnaliter aliquam
viduam vel aliam honeste viventem de voluntate ipsius mulieris
siquidem in domo habitationis talis mulieris condempnetur in centum
libris denariorum, si vero extra domum in viginti quinque libris. Salvo quod si aliquis
cognovit vel cognoscere attentavit aliquam virginem, viduam vel aliam
honeste viventem, et ille talis posset eandem accipere in uxorem,
siquidem dicta mulier corrupta, vel corrumpi attentata, de voluntate
duorum suorum propinquiorum consanguineorum, vellet accipere in maritum dictum
corrumpentem vel corrumpere attentantem, quod tunc ad dictas penas vel aliquam
earum nullatenus teneatur. Et predicta vel aliquid predictorum non vendicent
sibi locum in famulis vel servientibus alicuius, et etiam in mulieribus
male fame, vel meretricibus, si voluntarie passe fuerint car-
naliter se cognosci. Si autem carnaliter fuerint violenter, vel attentate
puniantur cognoscens vel attentans, arbitrio potestatis a sexaginta
usque in quantitatem centum librarum denariorum et descendere usque ad in quantitatem
decem librarum denariorum inspecta qualitate facti, loci, temporis et dictarum personarum.
Et si fuerit mulier maritata, que permiserit voluntarie carnaliter se cognosci
contra voluntatem viri, suas dotes amictat in viro ipso, quod viro debeat
effectualiter applicari, et ad repetitionem ipsarum dotium dicte mulieri vel alii

nullum Jus spectat / Si uero quis carnaliter cognouerit aliquam mo-
nialem uel religiosam dominam in monesterio / uel loco religioso capite
puniatur / Si uero extra monesterium uel locum religiosum quis carnaliter
cognouerit contra uoluntatem dicte monialis uel domine religiose etiam
capite puniatur / Si uero de uoluntate dicte domine monialis uel re-
ligiose in quingentis libris denariorum condempnetur / Si uero quis carnaliter
non cognouit / sed cognoscere attentauit / dictas moniales uel religio-
sas siquidem in monesterio uel loco religioso et uiolenter in quingentis
libris denariorum condempnetur / Si uero extra monesterium uel locum religiosum condep-
netur in ducentis libris denariorum

de pena illius qui homicidium commisit

De pena illius qui homicidium commisit ——— xlviij

Statuimus et ordinamus quod si aliqua persona occiderit uel occidi fecerit
seu mandauerit aliquam personam in ciuitate uel comitatu Castelli ciuitatis
uel comitatensem nostre ciuitatis, pena capitis puniatur, et eius omnia bona de-
struantur et deueniant in communi pro dimidia et alia dimidia applicetur
heredibus occisi / Si uero homicida haberi non poterit exbampniatur et condemp-
netur in supradicta pena, de quo bampno non possit exire. Et si quo tempore
peruenerit in fortiam communis puniatur in dicta pena / Si uero aliquis prestiterit
consilium uel fauorem ad dictum homicidium perpetrandum dederit / condempnetur
in mille libris denariorum, et si dictum bampnum non soluerit infra decem dies a die
late condempnationis computandos puniatur pena capitis. Item dicimus
quod si aliquis ex ciuitate et comitatum Castelli occiderit uel occidi fecerit aliquem
de ciuitate uel comitatu Castelli uel consilium uel auxilium ad predicta dederit pu-
niatur in penis supradictis omni tempore, Et de contentis in presenti statuto potestas
possit inquisitionem facere, et repertos culpabiles punire et condempnare secundum
formam statuti. Et si quis in ciuitate uel comitatu Castelli homicidium aliquod
commiserit, uel incidit alicui membrum pro aliquo facto, trahatur per
ciuitatem ad caudam equi, muli, uel asini et suspendatur per gula, ita quod pe-
nitus moriatur, Et omnia bona sua deuastentur et deuastata de-
ueniant in communi / Si uero ferita fecerit cum sanguine uel membrum de-
uastauerit pro aliquo facto abscidatur ei manus et pes / Si uero percusserit
sine sanguine pro facto abscidatur ei manus. Et ne in libris deformetur
nulla domus destruatur in aliquo casu predicto.

~~Aut vos [illegible] contra furem vel derobantem vel aliquem malo [illegible]~~
~~[illegible] rem [illegible]~~

De pena falsi c. l.

De pena falsi

Item statuimus et ordinamus quod siquis in civitate vel comitatu castelli fabricaverit vel fabricari fecerit falsam monetam igne totaliter comburatur. Si vero quis scienter expendiderit falsam monetam vel bonam monetam tonsam dederit condempnetur in trecentis libris denariorum. Si vero quis fabricaverit vel fabricari fecerit falsum instrumentum puniatur in quingentis libris denariorum et plus et minus arbitrio domini potestatis cum deliberatione syndici maioris considerata qualitate facti et conditione personarum. Et si aliquis predictorum condempnationem de eo factam non solverit infra xv. dies a die late condempnationis computandos a qua tali condempnatione non fuit appellatum et si fuit appellatum a die confirmationis sive mandamenti, ei manus dextra abscidatur. Si vero aliquis tulerit aliquod falsum testimonium in aliqua causa civili vel criminali puniatur in centum libris denariorum, qua pena si non solverit infra dictum terminum quindecim dierum predictorum abscidatur ei lingua et siquis induxerit aliquem falsum testem scienter condempnetur in dicta pena centum librarum denariorum. Et si non solverit infra dictum terminum xv. dierum abscidatur sibi lingua ut dictum est, et non intelligatur quis scienter falsum testem produxisse seu induxisse eo ipso quod testis falsum tulit testimonium. Et testis qui falsum testimonium intulerit et producens seu inducens falsum testem plus et minus condempnetur inspecta qualitate facti et conditione personarum arbitrio potestatis et syndici maioris si syndicus erit in civitate et si syndicus non erit arbitrio potestatis. Si vero quis alia specie falsitatis commiserit condempnetur in quinquaginta libris denariorum et plus et minus ad arbitrium domini potestatis et syndici maioris si erit dictus syndicus in civitate presens, alias ad arbitrium dicti domini potestatis inspecta qualitate facti et conditione personarum. Siquis autem simpliciter periuraverit seu degeraverit puniatur in decem libris denariorum pro quolibet et qualibet vice.

Nulla persona mictat ignem in aliqua domo

Quod nulla persona mictat ignem in aliqua domo

Item provisum et ordinatum est quod nulla persona mictat ignem in aliqua domo sua vel aliena vel in aliqua capanna, palcario vel aliis rebus similibus in civitate castelli vel comitatu vel in aliquo castro ipsius civitatis ad penam arbitrio domini potestatis et domini syndici maioris inspecta qualitate facti et conditione perso-

89v

De incendijs et vastamentis c. lij

De incendiis et vastamentis c. — lij

Item statuimus et ordinamus quod si quis incendium vel vastamentum fecerit in civitate vel comitatu castelli in vineis bladis arboribus seu rebus quibuscumque similibus, et dampnum datum fuerit a decem libris denariorum infra, condempnetur et puniatur secundum formam statutorum dampnorum datorum de quibus dampnis [illegible] officiales super dampnis datis deputatus. Et si non dampnum datum fuerit ex dicto incendio vel vastamento a decem libris usque in quinquaginta, condempnetur in quinquaginta libris denariorum. Et si non dampnum datum fuerit ad quinquaginta libris denariorum usque in centum condempnetur in centum libris denariorum, abinde vero supra cuiuscumque quantitatis sit dampnum, condempnetur in ducentis libris denariorum, et plus arbitrio potestatis in quolibet casuum predictorum inspecta qualitate facti, conditione persone. Et nichilominus in quolibet casuum predictorum condempnetur talis delinquens dampnum passo in duplo eius quod dampnum datum fuit, Et in predictis et quolibet predictorum sufficiat probatio unius testis bone fame cum publica fama loci, ubi dictum incendium vel vastamentum factum fuit, vel iuramentum illius qui dampnum passus fuit, cum dicta publica fama probata per quatuor testes bone conditionis et fame.

De illo qui debilitaverit vel inciserit alicui aliquod membrum c. liij

De pena illius qui debilitaverit vel inciserit alicui membrum — liij

Item statuimus et ordinamus quod si aliquis aliquem percusserit vel aliter offenderit ex qua percussione vel offensione percussus vel offensus pedem manum nasum vel oculum perderet vel debilitaretur, condempnetur in quingentis libris denariorum, quam penam si non solverit infra xv dies a die late sententie, similem membrum amputetur eidem offendenti vel percutienti. Et si non aliquis debilitaret vel amputaret alicui aliquem digitum manuum condempnetur in ducentis libris denariorum, si non pedum in centum libris denariorum. Et si non aliquis alicui inciserit aurem vel dentem cadere fecerit, pro quolibet dente et auricula condempnetur in centum quinquaginta libris denariorum.

De percussionibus et adminationibus factis cum armis c. liiij

De percussionibus et adminationibus factis cum armis — liiij

Item statuimus et ordinamus quod si aliquis aliquem percusserit in dicta civitate vel comitatu castelli cum manaria lancea clavarina berra tennere vel quadrello seu guarerta balisteando cum balistra vel arcu vel speto quadrefecto spata cultello bastone ferreo mazo ferrea —

palotta plumbea vel ferrea vel aliis quibus armorum hiis similibus
sive facie et sanguis exivit condempnetur in ducentis libris den. Si vero cicatrix
ex dicta percussione remanserit in facie condempnetur in trecentis libris
den. Si vero in capite, gula vel collo, et sanguis exivit, condempnetur
in centum quinquaginta libris den. pro qualibet percussione. Et si ex dicta percussione
ossium fractum fuit, vel aliquod membrum incisum fuit, condempnetur
in ducentis libris den. pro qualibet percussione. Si vero in aliis partibus corporis
cum sanguine condempnetur in centum libris den. pro qualibet percussione,
et si vulnus fuit cassale, condempnetur in ducentis libris den. et
in quolibet dictorum casuum, si pena in manibus fuit quis condempnatus infra
mensem post quam in fortiam comunis venerit, aut in dicto tempore pacem non habuit
de tali malo abscidatur ei manus ita quod a corpore separetur. Si vero
quis percusserit cum dictis armis, vel aliquo predictorum vel hiis similibus,
sine sanguine, siquidem in facie, capite, gula, collo condempnetur
in centum libris den. Si vero in aliis partibus corporis sine sanguine,
condempnetur in quinquaginta libris den. Si vero aliquis quis percusserit
cum lapide, pugno, naso, ferro, osse vel aliis similibus, cum sanguinis
effusione, siquidem in facie condempnetur pro qualibet vice in centum
libris den. Si vero ex dicta percussione cicatrix seu signum remanserit, condempnetur
in ducentis libris den. Si vero percusserit cum sanguine in capite, gula
vel collo condempnetur in centum libris den. Et si ex dicta percussione ossum
fractum fuit condempnetur in centum quinquaginta libris den. Si vero
percusserit in alia parte corporis condempnetur in quinquaginta libris
den. Si vero quis percusserit cum dictis armis vel hiis similibus sine sanguine
si in facie, capite, gula, vel collo condempnetur in quinquaginta libris
Si vero in alia parte corporis condempnetur in xxv libris den.
den. Si vero aliquis aliquem percusserit cum virga, gleba, terra, fune
vel hiis similibus, cum sanguine, siquidem in facie, capite, gula
collo condempnetur in quinquaginta libris den. Si vero in aliis partibus
corporis puniatur in viginti quinque libris den. Si vero cum aliis armis
et hiis similibus percusserit sine sanguine puniatur in medietate eius quod
puniretur si percussisset cum sanguine. Si vero quis contra aliquem
balistraverit vel sagittaverit quadrellum vel aliquod telum et ipsum non

90v

de pena admenantis cum armis contra aliquem

puniatur in quinquaginta libr. den. Si vero aliquis contra aliquem admenaverit cum manaria, lancea, clavarina, spata, falcone, cultello vel aliis armis et hiis similibus, et non percusserit condempnetur pro qualibet et qualibet vice in vigintiquinque libr. den. Si vero admenaverit vel traxerit contra aliquem cum lapide, ligno vel hiis similibus, non percusserit condempnetur in decem libr. den. Si vero cum virga, glebatia, fune vel hiis similibus et non percusserit condempnetur in centum sol. den. Mulieres vero si commiserint aliquod predictorum condempnentur

Iuxta formam dicti capituli famulus est in medietate penarum tenentur

in medietate penarum in quibus condempnarentur masculi delinquentes. Et a predictis et quolibet predictorum excipimus minores duodecim annis et magistros eorum discipulos percutientes ad docendum vel corrigendum, et etiam corrigentes vel percutientes uxores, filios, famulares vel alios in eadem familia ad communem victum et vestimentum morantes et fratres et alios in eadem domo existentes inter se predicta committentes quos ad aliquam penam teneri non volumus. Dummodo tamen predicta committ[...] cum moderatione inculpate tutele. Et cum armis non ferreis, si vero predicta vel aliquod predictorum absque moderatione inculpate tutele vel cum armis ferreis arbitrio domini potestatis et syndici maioris puniantur. Si vero predicta vel aliquod predictorum commissa fuerint casu fortuito, similiter arbitrio domini potestatis cum consensu domini syndici puniatur. Si quis autem offenderit aliquem dicto vel facto aliqua meretricem pena medietatis puniatur, preterquam ubi inveniretur ultimum supplicium imponendum.

de percussione condempnatur facta manu vacua. c. lv.

De percussione facta manu vacua. ——— lv.

Item statuimus et ordinamus quod si aliquis in civitate vel eius districtu percusserit aliquem manu vacua in facie et sanguis non exiverit condempnetur vice qualibet et qualibet percussione in quinquaginta libr. den. Si vero percusserit aliquem in capite, gula vel collo manu vacua et sanguis non exiverit condempnetur in vigintiquinque libr. den. vice qualibet et pro qualibet et qualibet percussione. Si vero aliquem percusserit manu vacua in alia parte corporis sine sanguinis effusione condempnetur vice qualibet pro qualibet percussione in quindecim libr. den. Si vero percusserit aliquem manu vacua in facie et sanguis exiverit condempnetur vice qualibet et pro qualibet percussione in centum libr. den. Si vero

percusserit aliquem

percusserit aliquem in capite, collo vel gula, et sanguis exiverit
condempnetur vice qualibet et qualibet percussione in quinquaginta
libris denariorum. Si vero percusserit aliquem in alia parte corporis manu vacua
et sanguis exiverit, condempnetur vice qualibet et qualibet percussione in
viginti quinque libris denariorum, dummodo non excedant quantitatem ducentarum
librarum quotcumque fuerint percussiones, nec condempnari possit aliquis
ultra quantitatem ducentarum librarum pro aliquibus percussionibus manu vacua
factis, ut supra. Item eodem modo condempnetur in omnibus omnibus casibus
supradictis si percussio facta fuit cum calce, quemadmodum dictum est de percussione facta
cum manu. Si vero quis contra aliquem manu vacua vel calce adminaverit
et non percusserit, puniatur pro qualibet vice in centum solidis denariorum. Mulieres
autem delinquentes in dictis casibus vel aliquo predictorum puniantur in
medietate dictarum penarum, quibus puniuntur masculi delinquentes.
Excipimus a predictis minores duodecim annis, et magistros scolarum
discipulos percuterent, causa docendi vel corrigendi, et corrigentes et
percutientes uxores, filios, famulares vel alios in eadem familia ad
suum victum et vestitum morantes, et fratres et alios in eadem domo existentes
inter se predicta committentes, quos ad penam aliquam teneri non volumus,
dummodo predicta commiserint cum moderatione in culpate tutele, que in arbitrio
domini potestatis vel sui judicis maleficiorum existat. Et etiam excipimus causam
fortuito predicta vel aliquid predictorum committentes, qui puniantur arbitrio potestatis
et sindici maioris. Si quis autem in aliquo casuum predictorum offenderit aliquam
meretricem, pena media puniatur.

| De expingentibus vel capientibus aliquem per capillos, nasum vel barbam — Rubrica

Item statuimus et ordinamus quod si aliquis ceperit per nasum vel barbam
et sanguis exiverit, condempnetur in centum libris denariorum; si vero sanguis
non exiverit, condempnetur in quinquaginta libris denariorum. Si vero aliquis
aliquem ceperit per capillos vel spatasaverit vel calce seu manu percusserit
et in terram ceciderit, si cum sanguine condempnetur in quinquaginta libris
denariorum, si sine sanguine condempnetur in viginti quinque libris denariorum. Si vero
aliquis aliquem spinserit seu spatasaverit vel ceperit per capillos et non
ceciderit in terram condempnetur in quindecim libris denariorum. Si vero aliquis
aliquem per terram traginaverit, condempnetur in centum libris denariorum. Si vero per ...

[margin:] ... vel capientibus aliquem per ... vel barbam, c. lvj

dos palicium de lamanerit condempnetur in vigintiquinque libr. den.
et ad emendationem dapni, dampnum passum in duplum. Et si aliquis
alteri extraxerit caputeum, capellina vel capellum iniuriose, condempnetur
in decem libr. den., Omnino aliquis aliquem in morderit, si cum sanguine
in facie condempnetur in centum libr. den., si sine sanguine in quinque-
ginta libr. den., si vero in aliis partibus corporis cum sanguine condem-
netur in quinquaginta libr. den., si sine sanguine in vigintiquinque
libr. den., mulieres aut innocentes aliquod pecora condempnetur
in medietate dictarum penarum et predictis exceptuamus illos quos
exceptuavimus in proxime precedenti capitulo et per eundem modum

de pena insultantis ———— Rom.

ce pena insultantis c. x lvi.

6 Statuimus et ordinamus quod nemo audeat vel presumat facere
insultum in cum vel contractu in aliqua persona cum armis vel sine
armis, et qui contra fecerit si fuit ad domum alicuius propria vel conducta
seu gratis concessa et cum armis evaginatis condempnetur in centum
libr. den. et si cum armis non evaginatis solvat comuni pro banpno L libr.
den., si vero sine armis condempnetur in vigintiquinque libr. den., si vero
in via publica vel alibi cum armis evaginatis, solvat comuni pro banpno
vigintiquinque libr. den., si vero cum armis non evaginatis condempnetur
in quindecim libr. den., si vero sine armis condempnetur in decem
libr. den. Excipimus predictos multos qui puniantur et puniendi re-
maneant arbitrio domini potestatis et condicia maiores. Et intelligatur
esse insultus in omnibus predictis casibus et quolibet ipsorum, quando aliquis
venerit ad apensate contra aliquem ad iniuriandum offendendum,
Non autem intelligatur esse insultus, quando primo venerit ad verba tantum,
et inmediate sequeretur insultus, Et si insultans pervenerit ad
aliquem actum, admenationis vel percussionis, puniatur pacto tamen
quod pro insultu vel pactum. de quo maior pena erit ex forma statuti

ce pena illius qui dixit alteri verba iniuriosa vel re-
proatoria c. lviii

de pena illius qui dixit alteri verba iniuriosa vel reipperatoria ———— Rom.
Item statuimus et ordinamus, quod si aliquis alterum dixit ista verba
iniuriosa cornuto becco et his similia verba condempnetur in
vigintiquinque libr. den., salvo quod ubi diceretur becco cornuto vel his

alium qui non haberet uel haberet uxorem, ad dictam penam non teneatur. Si uero aliquis aliquem vituperauerit aliqua iniuria spetiale notando stans, collatam ei, patri, matri, auo, auie, filio, filie, nepoti uel nepti ex filio, fratri uel sorori, uxori uel aliqua parte uel aliquis parte alteri fecisset uel reimpperauerit aliqua pena corporalem importante alium per eam condempnetur pro qualibet uice in uigintiquinque libris denariorum. Si uero aliquis alium dixerit ista uerba iniuriosa, uel aliquod ipsorum, uidelicet traditore, falsario, ladrone, furone et his similia, puniatur pro quolibet uerbo et qualibet uice in decem libris denariorum; si predicta uerba dixit propius item alteri et uno contextu unum uel plura dictorum uerborum dixit, condempnetur solum in decem libris denariorum. Si uero aliquis alium aliqua alia uerba iniuriosa dixerit uno instanti sine temporis interuallo puniatur in centum solidis. Mulieres autem predicta uel aliquod predictorum committentes, condempnentur in medietate dictarum penarum. Et quod sint uerba iniuriosa uel non remaneat in arbitrio potestatis.

De pena percutientis uel offendentis parentes. — lviiij.

Firmamus et dicimus, quod si aliqua persona percusserit patrem, uel matrem auum uel auiam, potestas teneatur et debeat illam personam que deliquerit in predictis, uel aliquo predictorum, carcerem per duos annos continuos in carceribus detinere cum ferris in pedibus compedita, si delinquens capi potuerit uel haberi, si fuerit cum sanguine. Et si fuerit sine sanguine detineat per unum annum. Et nichilominus condempnetur in pena in statutis contenta. Si uero capi non potuerit puniatur et condempnetur in duplo eius in quo puniri et condempnari deberet si extraneum offendisset. Et quod de dicto casu possit potestas procedere per inquisitionem, et eo modo quo uoluerit ad inueniendum ueritatem. Et quod de offensionibus que fierent inter alios coniunctos, sine sanguine et percussione armorum inquiri non possit sed per accusationem procedatur et in ipso casu pene non duplicentur.

De filio uel nepote qui commiserit aliquod homicidium. — lx.

Item statuimus et ordinamus, quod si aliquis filius uel nepos uiuente patre uel auo paterno aliquod malum commiserit, de quo capitalis pena corporalis imponenda et bona publicanda, quod tunc pater uel auus pro dicto filio uel nepote legitimam assignare cogantur, si in quod dicta legitima fuit tempore mali perpetrati, et dicta legitima dominus potestas et uti-

offitiales dicti comunis executionem faciant super fortiis statuta de tali maleficio
loquentis, tamquam si essent bona propria dicti filii vel nepotis. Et idem intel-
ligatur in filio vel nepote emancipato qui non fuerit parte sua adiecto
patre vel avo

De his qui non sunt sub iurisdictione et protectione potestatis c. lxi.

De his qui non sunt sub iurisdictione et protectione potestatis. lxi.

Item volumus et dicimus, quod si aliqua persona fuerit que non sit sub iurisdictione
et protectione comunis castelli, seque diceret non esse sub potestatis iurisdictione
et protectione domini potestatis et sue curie et dicti comunis, dicendo se non debere
sub potestate vel eius iudice alicui respondere, nec datia et collectas
et alias factiones comunis, eis impositas facere et prestare, et pervenerit
aliquo tempore ad ordinem, auctoritatem, iurisdictionem et protectionem comunis, con-
dempnetur per potestatem comunis civitatis castelli in ducentis libris
denariorum. Et nichilominus datia et alias factiones sibi impositas solvere
debeat, et certa debita que per eum soluta non essent. Item quod quicumque qui non
fuerit vel noluerit esse sub iurisdictione domini potestatis et comunis castelli ab
omnibus offitiis dicti comunis excludatur. Et predicta omnia dictus potestas te-
neatur facere bampniri publice per civitatem in principio sui regiminis
ut predicta melius serventur per cives et comitatinos castelli et quilibet possit
denumptiare et accusare et habeat medietatem bampni et eius nomine
teneatur in secreto.

De pena offendentium non subpositos iurisdictioni comunis c. lxii.

De pena offendentium non suppositos iurisdictioni comunis. lxii.

Item statuimus et ordinamus quod si aliqua persona fecerit vel commiserit
aliquod maleficium vel delictum in aliqua persona in dicta civitate vel comitatu,
et contra talem delinquentem, potestas vel alius offitialis dicti comunis
procederet per inquisitionem accusationem vel denumptiationem. Et talis delinquens
declinaret iurisdictionem dicti domini potestatis vel alterius offitialis dicti comunis
et aliquis offenderet talem delinquentem et declinantem iurisdictionem
predictam, siquidem maleficium commissum per eundem declinantem iurisdictionem
esset tale, ex quo veniret imponenda pena ultimi supplicii, et dictus iurisdictionem
declinans occideretur, quod occidens in eventu tali de dicto homi-
cidio non condempnetur. Et si aliter offenderetur, dictus offendens in
nichilo puniatur, si vero maleficium per talem iurisdictionem declinantem
esset tale quod ex eo pena imponenda veniret absque ... aliud

membri, quod tunc occidens dictum talem iurisdictionem declinantem condempnetur tantum in trecentis libris denariorum; si vero eum aliter offenderet quod occidendo puniretur solummodo in quarto eius in quo veniret condempnandus si alium offendisset; si vero ex dicto maleficio gravissimo per dictum declinantem iurisdictionem veniret imponenda pena pecuniaria, et aliquis dictum talem declinantem iurisdictionem occideret, quod tunc dictus occidens condempnetur in quinquaginta libris denariorum tantum; si vero quis aliter eum offenderet in quarto eius quo puniretur si alium offendisset solummodo condempnetur.

iurisdictioni et arma por. lxij.

De non supportantibus iurisdictionem et arma portantibus — lxij.

Item statuimus et ordinamus quod si aliquis non supportans iurisdictionem et protectionem domini potestatis et sue curie et districtus fuerit inventus arma portare contra formam statutorum puniatur de facto in pena in statuto contenta loquente de portatione armorum, et dictum talem inventum dictus dominus potestas vel alius officialis non possit relaxare donec dictam penam solverit integraliter. Et dominus potestas predicta facere teneatur ad penam centum librarum pro quolibet et qualibet vice et de predictis non possit nec debeat condempnari.

...ntium forens. c. lxiij.

De pena offendentium forenses — lxiij.

Item volumus et ordinamus quod si aliquis de civitate castelli vel eius districtu offenderit vel offendi fecerit aliquem forensem, patiatur illam penam quam pateretur dictus forensis si offenderet aliquem civem nostrum vel comitatinum in terra sua seu civitate dicti forensis, et secundum formam capitulorum civitatis unde esset talis forensis offensus. Et predicta locum habeant, si pena apposita in civitate vel loco talis forensis sit minor pena in nostro statuto contenta; et non intelligatur forensis qui ad predicta si se familiariter habitaverit in civitate vel comitatu continue per decem annos.

...malefactoribus et pena eorum.

De auxiliantibus malefactoribus et de pena eorum — lxv.

Item statuimus et ordinamus quod nullus in comitatu vel civitate castelli audeat vel presumat alicui malefactori dare nec prestare auxilium consilium vel favorem, ad aliquod maleficium committendum, vel post commissum maleficium ad evadendum; quod si contrafactum fuerit puniatur ad medietatem pene in qua veniret puniendus talis malefactor; si vero quod pro maleficio veniret imponenda malefactori pena corporalis tunc prestans auxilium consilium vel favorem puniatur realiter et personaliter in arbitrio

arbitrio dni potatis, sindici maioris vbi Syndicus esset,
inspecta qualitate fcti loci temporis et condictionibus psonarum, salvo
etiam qd vbi pstaret auxilium vel favorem alicui forensi male-
factori ut dictum est contra civem vel comitatensem dce civitatis, qd
te puniatur eadem pena qua punietur talis malefactor
forensis pro malefitio perpetrato

De malefactoribus capiendis i ciuitate. c. lxvi.

De malefactoribus capiendis · Civitati · lxvi.

Item statuimus et ordinamus qd si aliqd malitium comissum fuerit
i ciuitate castelli. Ille vel Illi, qui psentes fuerint, teneantur,
elevare rumorem, et psequi capere dictum homicidam et malefactorem
et ipm mictere in fortia cois et dni potatis incontinenti, omisso
dicto homicidio ad penam decem librarum pro quolibet contrafaciente. Et
si comissum fuerit aliqd malitium cum sanguinis effusione, teneantur
psentes elevare rumorem et psequi capere dictum malefactorem, ipm
in fortiam cois mictere ad penam centum s. den pro quolibet contrafacte
Et si fuerit comissum malitium sine sanguine, teneantur psentes elevare
rumorem et psequi et capere dictum malefactorem et i fortia cois mictere
ad penam. xl s. den pro quolibet contrafaciente. Et intelligatur de
hominibus illius contrate per quam fugeretur dictus malefactor, si ex tali
fuga rumor in dicta contrata fuerit. Et ad pdicta non teneantur
mulieres et minores. xiiii. annis, Et ad pdicta non intelligantur
nec locum habeant tempore noctis, in maleficiis vero que comicterentur in
comitatu contra non capientes malefactores fiet secundum formam
statuti in quibus casibus fueri dnus potas possit inquirere
contra non capientes comictentes malitia i comitatu. Item qd omnes
et singuli artifices ciuitatis castelli exercentes eorum artes in eorum
apotecis dce ciuitatis, teneantur et debeant habere et tenere graffios
ex hostio dce apotece vel sup hostio ut palam videantur, ad capiendum
malefactores, in dicta ciuitate vel per ipam fugientes quos capere
possint sine pena et bampno ad dictam penam. Et quibus qui ca-
perent dictum exbampnitum vel malefactorem cadere vel sponte
debeat i fortia cois ducere et qui si non fecerit puniatur arbi-
trio potatis

Quod perpetrantes malefitia capiantur per homines contratarum —— lxvij.

Item statuimus et ordinamus quod si contingeret in aliquo castro vel villa
perpetrari aliquod homicidium, robaria vel percussura aliqua mani-
festa gravis vel enormis quod homines ipsius castri vel ville tene-
antur malefactorem capere et in fortiam domini potestatis et comunis mictere primo die
infra tertiam diem post quod maleficium perpetratum fuerit, quod si non fecerint
et in ipso castro vel villa fuerint quinquaginta domus, et abinde
supra potestas debeat homines talis castri vel ville condempnare in centum libris
denariorum comuni, et res derobatas derobato restituere debeant. Si autem fuerint
in dicto castro vel villa minus XL domibus usque ad decem, solvant pro
bampno decem libras denariorum et non plus. Si autem contingeret perpetrari in ipsis
castris vel villis aliquod maleficium cum armis, sanguine, quod sit grave
et ceperint malefactorem, et non representaverint ut dictum est, tunc
potestas eos homines condempnet in medietate pene [illegible] dictarum, comunis habita
distinctione domorum sicut supra declaratur in quolibet casu et minori. Et si
fuerit maleficium cum armis et sine sanguine et non ceperint malefactorem,
potestati non representaverint infra tertiam diem ut dictum est, in medietate
minus dictarum penarum potestas ipsos homines condempnare debeat et te-
neatur omnino secundum numerum domorum ut supra declaratum est, exceptis mi-
noribus XIIII annis et maioribus septuaginta annis, viduis, pu-
pillis et orfanis et miserabilibus personis et absentibus iusta licentia
legitime probata, tempore perpetrati dicti malefitii, non erat in dicta contrata, sed
erant absentes, ita quod dictum maleficium seu rumorem ipsum audire
non potuerint nec trahere ad rumorem ad capiendum dictos male-
factores, in quo casu excusentur a penis et a bampnis predictis, dummodo
pro ea parte que tali absenti contingeret dicta pena et bampno alii
exgraventur pro rata circa eam partem solvere non cogantur. Et si quis
de alio castro vel villa esset presens in alio castro vel villa in quo vel
qua maleficium fieret teneatur et debeat simul cum ipsis malefactorem
capere ut dictum est et presentare sub pena quinquaginta librarum denariorum.

si fuerit homicidium, sive vero fuerit cum sanguine, triginta solidos /
Et si rumor elevatus fuerit, occasione alicuius malefitii perpetrati
quod omnes aliorum homines aliorum castrorum et villarum per que vel quas ma-
lefactor aufugerit, teneantur ad rumorem trahere, et male-
factorem persequi campanis pulsantibus, et auditis elevatis
persequendo malefactorem bona fide, sine fraude aliqua vere et non
ficte, usque ad confines sui districtus, et facere quod malefactorem
et malefactores capiant et in fortia eius deducant. Et si quis
contra fecerit, condempnetur per dominum potestatem in viginti solidis denariorum
pro quolibet dictorum locorum unde malefactor aufugerit. Cum vero persequti fue-
rint malefactorem vel malefactores ut supra et bona fide ea capiendi eum
si possibile, non fingendo nec fraude committendo, et hoc probaverit te-
potestas condempnet eos in decem solidis denariorum et non plus, hoc tamen salvo quod si ma-
lefactor venerit quandocumque ad manus potestatis eos a condempnatione predicta in-
cunctanter et homines contrate eiusdem sint absoluti a penis sedis. Et predicta
bampniantur per quatuor diebus sabbati quolibet mense regiminis potestatis /
ut melius sciant

De ludentibus ludis taxillorum et de pena eorum. Rubrica ——— lxvij.

De ludentibus ludis taxillorum et pena eorum c lxvij

Item statuimus et ordinamus quod nulla persona audeat vel presumat
in comitatu vel civitate castelli, in domo vel ex domo ludere ad aliquem
ludum taxillorum ad quem aliquid vincatur vel perdatur, vel perdi vel
vinci possit modo aliquo, preter quam ad scacchos [illegible] et ad tabulas in
[illegible] seu stratis publicis, et locis apertis existentibus iuxta vias publicas
[illegible] [illegible] vel aliquo pactorum, si quis contra in domo vel alibi occulte
puniatur in viginti quinque libris denariorum. Et si ex domo vel in domo non
occulte, puniatur in decem libris denariorum et occulte intelligatur omnis lu-
dere, qui de strata vel via publica ludentes in domo vel alibi videri
non possent accrescentibus. Et quod nullus stet ad dictum ludum taxillorum
vetitum, pena stanti ad videndum in domo vel alibi occulte
centum solidorum denariorum. Et si ex domo vel in domo non occulte quadraginta
solidorum denariorum pro quolibet et qualibet vice. Et quod dominus potestas vel aliquis officialis
forensis vel eorum familiares non possint nec audeant ad aliquem

Ludum ludere cum aliquo cive vel comitatense dicte civitatis
et eius districtus condempnetur pro quolibet et qualibet vice in viginti
quinque libris denariorum. Et quod nullus audeat vel presumat ad aliquem
ludum vetitum vel non vetitum ludere prope aliquam portam dicte
civitatis que morentur aperta per decem domos prope, nec ad ipsas
portas nec extra prope per decem cannas pena pro quolibet et qualibet
vice ultra penam ludi decem solidorum denariorum. Item quod nullus audeat
vel presumat ludere ad ludum galioffor(um) vel piotor(um) nec ad ali-
quem ludum ad quem denarii possent perdi vel vinci in civitate vel comitatu pena
viginti solidorum denariorum pro quolibet et qualibet vice, salvo quod ad ludum pia-
strellarum possit extra portam civitatis ludi vinum vel res comestibiles
tantum. Item quod nullus de civitate vel comitatu vel aliunde audeat
vel presumat receptare vel tenere aliquem ludum vetitum taxillorum
in domo propria vel conducta vel alibi pena quinquaginta librarum
denariorum pro quolibet et qualibet vice. Item quod nullus tabernarius vel tabernaria
vel aliqua alia persona vinum vendens audeat vel presumat in civitate
vel comitatu Castelli retinere in taberna vel prope tabernam ludum aliquem
taxillorum pena centum solidorum denariorum pro quolibet et qualibet vice, statuentes
quod si aliquis fuerit inventus in aliquo loco publico vel privato, habere vel
tenere aliquod tabulerium aptum ad ludendum cum taxillis vel
denarios in tabulerio vel in manibus, quod presumat ludere, et tamquam
ludentes possint puniri et condempnari. Et quod quicumque posuerit
seu miserit in ludo taxillos falsos piombatos vel structos vel
scienter quis cum dictis taxillis luxerit, ultra penam ludi puniatur
in viginti quinque libris denariorum. Et nichilominus ad restitutionem
eius quod vinceret teneatur, et quod dominus potestas quolibet potestatis domini rectoris
et qualibet alius officialis dicti communis possit inquirere et procedere et dictos
punire absque aliquo processu, et stetur et credatur dictis potestatis et quibus
predictorum relationi una cum familiaribus potestatis in cantis se vidisse
aliquem vel aliquos contrafacere in predictis, et eius dictum habeatur
pro plena et legali probatione. Item quod si aliquis inventus fuerit
post sonum tertium campane in aliqua taberna hostio clauso

95v

quod ille talis presumatur ludere ad ludum taxillorum et tamquam ludens in penis in statutis contentis debeat condempnari. Et quilibet possit accusare et denumptiare contrafatientes, in predictis et quolibet predictorum, et habeat tertiam partem bampni. Exceptis familiaribus domini potestatis, qui nullam partem habeant de dictis penis, statuentes quod ab inquisitionibus, processibus, bampnis, condempnationibus, gravaminibus vel exactionibus quibuscumque ex vigore et auctoritate predictorum vel aliquo predictis de ludo loquentibus non possit ab aliquo appellari, nec de nullitate dici, et si appellaretur vel opponeretur nullo modo audiatur appellans vel opponens. Et teneatur dominus potestas singulis duobus mensibus sui regiminis facere bampnum publice per totam civitatem

De garminatoribus et calmatoribus et penis eorum c. lxviiij

De Garminatoribus et Calmatoribus et penis eorum — lxviiij

Item statuimus et ordinamus, quod nullus cuiuscumque conditionis existat, audeat vel presumat in civitate vel comitatu Castelli, ludere ad ludum garminelle pena dicto ludenti pro quolibet et qualibet vice decem librarum denariorum qua pena dictus dominus potestas et alii offitiales dicti communis de facto accipere teneantur pro dicto communi et quartam partem habeat de pene. Et quod nullus, cuiuscumque conditionis existat, audeat vel presumat publice et palam facere in dicta civitate vel comitatu calmariam cum scriptis telactam berrettellis vel anulis ad dictam penam decem librarum de qua dominus potestas vel offitialis qui eam devenire fecit in communi habeat quartam partem

De portantibus arma vetita et de pena c. lxx

De portantibus arma vetita et de pena eorum — lxx.

Item statuimus et ordinamus quod nemo audeat vel presumat per dictam civitatem portare aliqua arma offendibilia vel defendibilia nisi quatenus et promictitur per formam statuti communis. Et qui contrafecerit condempnetur per dominum potestatem in penis infrascriptis, vel pro spata vel cultello in viginti quinque libris denariorum pro quadrelecto vel passatoio, vel falcione, pro quolibet dictorum armorum in quinquaginta libris denariorum. Et pro aliis armis offendibilibus quocumque nomine censeantur in libris viginti denariorum et pro tabulactio et similibus in libris quinque denariorum et perdat arma et et quolibet eorum perdat, que veniant in communi. Et pro cervelerio, corsetto sive panceria, et aliis armis defendibilibus pro quolibet eorum

quocumque nomine censeantur in quadraginta s. den. et arma de-
fendebilia non perdant. Item quod si aliquis cultellus vel aliqua
alia arma inventa fuerint per familiam domini potestatis vel berua-
riorum, seu aliquem ex ipsis unius vel plures fuerint prope ad aliquem
locum presumatur quod sint eorum et adimplentur in dicta pena, que-
admodum inventi fuissent dicta arma portare, nisi dixerint et
apparuerint cuius essent, cuius fuerint dicta arma. Et quod si aliquis
proiciat dicta arma in domum aliquam vel terrenum, vel alibi puniatur
quemadmodum si inveniretur dicta arma portare. Et predicta locum
habeant quando familia domini potestatis iverit rumandum per armis. Item quod
si aliquis non permiserit se firmari, vel fugerit pro dictis armis aut
aufugerit a familia potestatis vel bernaris, presumatur et intelligatur
portare dicta arma vetita, et puniatur pena dicta. Item quod nullus
forensis sive exterus undecumque sit possit portare arma offen-
debilia, vel defendebilia per circuitum castelli, postquam fuit hospes vel petiit
hospitari sub pena predicta. Et hospitator teneatur denumptiare quod ar-
ma deponat, et si non denumptiaverit eam penam, quam solvet exterus
ipse hospes solvere teneatur, et denumptiationi credatur hospitato-
ri, et in omnibus dictis casibus quilibet possit accusare. Salvo quod quilibet
possit portare spatam, spontonem, cultellum, omnia arma eundo et
redeundo extra circuitum, dummodo ligata sint, nisi portentur equo ostensa.
Et etiam quilibet possit portare pectam circuitum et civitatum, cer sitium
dummodo solvat nomine gabelle xl s. den. pro quolibet anno in principio
anni, et satisdet de non offendendo aliquem de quinquaginta libr.
den. que satisdatio scribi debeat per notarium domini potestatis, et habere de-
beat appodixam a dicto officiali post quod satisdederit et solverit gabellam
pectam et alias, alio modo portare non possit, sub dicta pena. Et de
pectis et quolibet pectorum, si quis inventus fuit contrafacere per familiam
domini potestatis, vel alterius officialis h... agnitionem de pectis, cuius
familie relationi credatur, puniatur de facto absque alio processu
in penis superius declaratis

... valeat post ... capitulum
c. lxxi.

¶ Quod nullus vadat post tertium sonum campane ——— lxxi

Item statuimus et ordinamus quod post tertium sonum campane
que de sero pulsatur pro custodia ciuitatis, que campana, quando
pulsatur pro tertia uice, pulsari debeat per campanarium tantum ut
quilibet ad domum suam redire possit, de quacumque parte ciuitatis
in qua esset, sonent tres motti siue retocchi post ipsum sonum. Et quod
postea nullus uadat per ciuitatem, nec stet ex domum, quousque pul-
satur campana de die cum armis uel sine armis. Et quicumque contra
fecerit, soluat communi pro bampno pro qualibet uice decem solidos denariorum usque in quantitatem
triginta solidorum denariorum arbitrio potestatis, et nichilominus tota nocte
detineatur in palatio, et sequenti die de mane bampniatur in
palatio et platea communis, et si habuerit arma prohibita fuerint nichilo
minus soluat bampnum pro armis, et hec credatur cuilibet
de familia potestatis uel beruarys, sicut ipsa familia miles sint
miles uel notarius. Alioquin credatur duorum custodum
noctis cum eorum sacramento. Addicientes quod ciuilibet de ciuitate bone fame
et conditionis et non suspecto sine aliqua pena et bampno liceat
et possit ire cum lumine et quod potestas possit dictas penas de sero
a faciente quolibet auferre.

quod nullus teneat post tertium sonum hostium apertum C. lxxii

¶ Quod nullus teneat hostium apertum post tertium sonum campane ——— lxxii

Item statuimus et ordinamus quod nullus post tertium sonum campane que
pulsatur pro custodia ciuitatis teneat hostium sue domus apertum
pena et bampno quinque solidorum denariorum pro quolibet contrafaciente.

de pena balistrantis pelotantis uel proicientis C. lxxiii

¶ De pena balistrantis et pelotantis uel proicientis ——— lxxiii

Item statuimus et ordinamus quod nullus maior uel minor fialectet
uel balistret ad turrim palatii uel domum siue ad ecclesiam
uel ad aliud locum uel ad aues mansuetas ciuitatis castelli
uel eius districtus, nec ad irundines uel earum nidos. Et quod
romboleet uel proiciat lapides cum robolis in ciuitate uel extra per unam
balistratam et qui contrafecerit soluat communi pro bampno centum
solidos denariorum pro qualibet uice qua contrafecerit. Et quilibet possit accusare
et habeat medietatem bampni, et teneatur eius nomen in secreto et si
potestas bampnum faciat per ciuitatem castelli primo mense sui regiminis

Item quod nulla persona parva vel mangna faciat batalham aliqua
de lapidibus, nec de terra, nec de erba, cum rombolis sive rombola,
sive zacchonibus vel baculis, vel alio modo in civitate vel comitatu Ca-
stelli, nec in locis ubi fiunt predicationes, et qui contrafecerit
solvat pro bampno quatraginta solidos denariorum. Et predicta locum habeat in
maioribus et minoribus xiiii annis, si vero erunt maiores quatuor-
decim annis et proicerent lapides vel terram superiores qui starent
ad predicationes inducendo turbando et rixam in dictis locis faciendo
condempnetur in centum solidos denariorum, et hoc publice bampniatur singulo
mense regiminis potestatis

De pena proicientium lapides tempore nuptiarum. c. lxxiiii

De pena proicientis lapides tempore nuptiarum —— lxxiiii.

Item statuimus et ordinamus quod nullus audeat vel presumat pro-
icere lapides vel putredinem aliquam, vel facere aliquem rumorem
ad domum alicuius nuptias celebrantis de die vel de nocte ad penam
centum solidorum denariorum pro quolibet et qualibet vice, si fuerit maior xiiii annis,
si vero fuerit minor xiiii annis usque ad septem annos puniatur
in viginti solidis denariorum pro quolibet et qualibet vice, de facto absque aliquo processu
inde fiendo, et pro predictis penis exigendis teneantur etiam
parentes sive maiores dictorum delinquentium insimul habitantes.

nullus civis vel forensis se intromittat de questionibus alicuius ecclesie. c. lxxv

Quod nullus civis vel forensis se intromittat de questionibus alicuius ecclesie —— lxxv

Item statuimus et ordinamus quod nulla persona civis comitatinus vel forensis
audeat vel presumat se intromittere dicto vel facto in favorem vel
preiudicium alicuius ecclesie civitatis Castelli, vel comitatus, vacantis vel
non vacantis, cum rectore prelato, vel sine de qua esset lis vel questio
aliqua inter laycos vel clericos aut inter clericos tantum, nomine, occasione
alicuius electionis, vel confirmationis vel possessionis, vel proprietatis alicuius
ecclesie, vel rerum ipsius, vel alia quacumque de causa, lis vel questio que de predictis oriri posset
inter predictos. Et qui contrafecerit in predictis, si fuerit miles sive equites solvat
comuni pro bampno centum libras denariorum, si vero fuerint pedites condempnetur in
quinquaginta libras denariorum. Exceptis primis apostolis parochianis et patronis
et omnium aliorum, cum ius eligendi, vel confirmandi competeret ita si
ecclesie administratores rectores, et prelatos ecclesie sunt de. Et de predictis omnibus,

q(uod) nullus trahat ad iudicium aliqua p(er)s(ona) ex civi(tate) castelli c.lxxvj

potes possit procedere i(n) greore (con)pmune et appellari no(n) possit (et) si
appellavit non audiatur appellans | q(uod) nullus trahat ad iu
dicium aliq(ua) p(er)sona ex civitate castelli | lxxvj

Item statuimus et ordinamus q(uod) nulla p(er)s(ona) civis civitatis vel forensis
audeat vel p(re)sumat trahere ad iudicium de civitate castelli nec
aliqua aliam p(er)sonam de civitate et comitatu castelli vel habitante in ipsa
civitate vel comit(atu) ex civitate vel comitat(u) castelli et q(ui) contrafecerit condempnet(ur)
in quinquaginta libr(is) den(ariorum) si infra decem dies computandos a die
quo potestas fecerit preceptum de renuntiando citationi vel litteris impetratis
Et q(uod) dictus dominus potestas sub dicta pena teneatur et debeat ad in
stantia citati ex civitate vel comit(atu) castelli facere et mandare illi
qui traxit ad iudicium q(uod) debeat dicto processui renuntiare Et intelli
gatur trahere ad iuditium p(er) solam citationem Et si quis fuit tractus
ad iudicium ex dicta civitate vel comit(atu) domini priores et defensores q(ui) p(ro) t(em)pore erunt
teneantur et debeant facere fieri expensas dicte litis s(ecundu)m deliberationem
dominorum priorum et consilii sedecim Et si fuerint tales trahentes ad iudicium
ex dicta civitate vel comitatu non subpositus iurisdictioni com(mun)is dicte civitatis
teneatur et debeat renuntiare ad petitionem et instantia illius
que traxit infra decem dies et si non renuntiavit eo (con)tingente
priores condempnentur p(er) dominum potestatem in ducentis libris den(ariorum) et
nullus audeat vel p(re)sumat laborare bona talis non subpositi et
si laboravit teneatur fructus inde reddere i(n) eo donec renuntiavit pen
centum libr(arum) ~~donec renuntiavit~~ Et si contingeret q(uod) aliquis traheret ad iudi
cium aliquem contra formam predictam et optineret aliquam sententiam p(ost)ea nullus
rector vel offitialis dicte civitatis audeat vel p(re)sumat facere executionem talis
sententie ad penam quingentarum librarum den(ariorum) Et q(uod) predicta non vendicent
sibi locum in casu i(n) quo aliqua questio spiritualis ventilaretur inter aliquos
laycos vel clericos coram domino ep(iscop)o vel eius cur(ia) (et) sententia ferretur et vellet
aliqua partium appellare ad dominum papam vel eius vicarium vel legatum

[illegible] dni. no(n) [illegible] clxxvj

De aqu[e]r[ibus] civitatis non destruendis — lxxvii. — lxxviii 98

Item statuimus et ordinamus quod nulla persona audeat vel presumat destruere vel rumpere muros civitatis nec in eis aliqua lesionem facere nec illos qui sunt desforis a porta civitatis nec barbacanos nec pontes eius, nec aliquem pontem de lignamine aut lignamina vel asseres auferre de eis, et qui contrafecerit solvat communi pro pena vigintiquinque libras denariorum, et nichilominus teneatur illud quod destruxerit suis expensis reaptare.

Quod nullus intret civitatem vel exeat nisi per portam — lxxviii.

Quod nullus intret vel exeat civitatem nisi per portas — lxxviii

Item quod siquis intraverit portam civitatis desuper vel desubter non aperta porta vel portellis statuendis, vel aliunde quam per portas, condempnetur arbitrio potestatis vel sindici maioris, inspecta conditione persone et qualitate facti, exceptis minoribus xiiii annis.

De pena facientium rixas et canalitates — lxxviii

De pena facientium rixas et canalitates — lxxviiii.

Item provisum et ordinatum est quod nulla persona comitatus vel civitatis castelli aut aliunde audeat vel presumat canalitates alibi aut excitibus facere aut committere aliquos rixas vel tumultus, aut aliquod aliud malum tam eundo quam redeundo vel extando ex civitate castelli, et siquis contrafecerit dominus potestas contra talem delinquentem possit inquirere procedere et punire realiter et personaliter prout sibi et domino sindico maiori videbitur expedire, considerata tamen qualitate delicti conditionis persone loci et temporis.

De exterminatoribus terrarum — lxxx

De exterminatoribus terrarum — lxxx.

Item statuimus et ordinamus quod nullus cuiuscumque conditionis vel status existat audeat vel presumat exterminare vel mutare aliquem terminum de aliquibus possessionibus vel terre sine consensu et voluntate omnium ad quos expectat vel iudicis vel aliorum offitialium de hiis inspectionem habentis ad penam centum librarum denariorum pro quolibet contrafaciente et qualibet vice, et plus et minus ad arbitrium domini potestatis inspecta qualitate facti et conditione persone.

De occidentibus et debilitantibus animalia aliena lxxxi

De occidentibus et debilitantibus animalia aliena — lxxxi

Item statuimus et ordinamus quod siquis de civitate vel comitatu castelli vel aliunde occiserit vel debilitaverit ita quod efficiatur inhabile aliquem bovem vaccam equum vel equam mulum mulam asinum asinam bufalum vel bufalam

dampnum dantem in possessione propria vel conducta ipsius pertinentis con-
dempnetur in decem libr. den., si vero alibi in suo dampno aliqua duarum
bestiarum occiderit vel debilitaverit, ita quod inutile efficiat condempnetur
in viginti quinque libr. den. Si vero occiderit vel debilitaverit aliquem por-
cum capram pecudem castrone vel aliqua alia bestia in suo dampno
condempnetur in quatraginta sol. den. Si vero alibi quam in suo dampno
puniatur in centum sol. den. et in quolibet casuum predictorum dampnum
emendet dampnum passo iuxta extimationem infra unum mensem
a die quo petitum fuerit ab eo, et si infra dictum terminum non emendaverit
cogatur emendare cum quarto pluri

quod quilibet permictat accipere tenutam c lxxxi

Quod quilibet permictat accipi tenutam — lxxxi

Item statuimus et ordinamus quod nulla persona audeat vel presumat vetare
vel contradicere alicui baiulatori communis accipere tenutam vel acceptam au-
ferre dicto bar., et qui et quicumque contrafecerit solvat communi pro dampno
quatraginta sol. den. Et si quis percusserit aliquem bar. accipientem tenutam
solvat duplum eius quo puniretur si percussisset alia persona quam esset baiulus,
declarantes quod non credatur relationi bar. de predictis nisi probaverit
cum uno teste dummodo testis non sit bar.

de pena pro illo qui extraxit aliquem de possessione c lxxxii

De pena illius qui extraxerit aliquem de possessione — lxxxii

Item statuimus et ordinamus quod si aliquis eiecerit vel extraxerit aliquam personam de
possessione alicuius rei vel aliquarum rerum mobilium vel inmobilium con-
dempnetur in viginti quinque libr. den. et ad restitutionem possessionis.
Si vero quis turbaverit vel molestaverit aliquem possessorem alicuius rei se-
minando vel aliter laborando vel quocumque alio modo tenendo vel intrando per
se vel alium sine decreto iudicis condempnetur in decem libr. denariorum
et debeat obtinere in tali possessione quam probaverit antiquiorem possessionem
non obstante quod adversarius probaverit aliquem titulum iustum vel iniustum.
Et utroque casu turbato seu deiecto de possessione redditus et fructus exinde
perceptos restituat, sive penitus sit ablata possessio, sive non, sive aliena-
verit, sive translactaverit sive non, et si non restituit ipsam possessionem

fructus, potius cum exbampniti faciat de civitate castelli et comitatu eiusdem
condempnando eum in dictam libras denariorum pro bampno et ipsum exbampnitum
teneat, donec dictum bampnum solverit et electo possessione turbatam
restituat cum effectu cum fructibus perceptis extra vel qui percipi po
terant, et ipsum ei faciat vel restituat, et a violentia ultra cessetur et
abstineat. Et illa pena non patiantur laboratores ipsius si in hoc se
noverint quomodo sit, inter dictum laboratorem et habitis amore, que pena
minime patiantur. Et quicumque laborat terram illam vel possessionem
post sunt prohibitum solvat pro bampno centum solidos denariorum pro qualibet vice exceptis
laboratoribus qui mictuntur ad prohibitum ad laborandum in civitate vel comitatu
castelli.

pena capientis columbas vel perdices lxxxiiii

De pena capientis columbas vel perdices — lxxxiiii

Item dicimus et ordinamus quod nulla persona cuiuscumque conditionis existat au
deat vel presumat in civitate vel comitatu castelli capere columbas alienas
domesticas, vel de columbario aliquo modo vel ingenio, et qui contrafecerit solvat
pro bampno centum solidos denariorum pro qualibet columba et quotiens contrafecerit,
credatur sacramento domini columbarii, usque in quantitate centum solidorum.
Et quod nullus audeat vel presumat balistrare, sagittare vel lapidem
aliquo modo proicere ad columbarium alienum pena decem librarum denariorum pro qualibet
et qualibet vice. Item quod nullus audeat vel presumat retinere in civitate
vel comitatu in domo sua propria vel conducta aliquem pallubium vel pallubas
tenensium pena xl solidorum denariorum pro quolibet pallubo vel palluba tenensa et qualibet
vice. Item quod nullus tendat aiolum, vel pagella, vel aliquid aliud rete
cum quibus capet aliqua columbam domesticam vel de columbario, et qui
cumque in aliquo dictorum generum retium ceperit aliqua columbam domesticam
vel de columbario condempnetur in viginti quinque libras denariorum. Item quod nullus
possit vendere vel emere aliqua columbam domesticam vel de columbario
mortuam pena viginti solidorum pro qualibet. Item dicimus et ordinamus quod
nullus possit vel audeat de nocte capere pallubas in polaio existentes
in polaio albareti alieni, nec ad ipsas pallubas in polaio existentes balistare
sine licentia domini ipsius albareti, nec facere introitum vel ingressum in aliquo polaio
sive albareto vel prope, nec in ipso polaio aliqua lectiones inferre pena decem
libras denariorum pro quolibet et qualibet vice. Et quilibet possit accusare et denumptiare

99v

et habeat medietatem banni et nomen eius teneatur in secreto et sufficiat in quolibet dictorum casuum unus solus testis cum sacramento denumptiantis vel accusantis. Insuper dicimus et ordinamus quod nulla persona audeat vel presumat balistare, paldectare vel proicere ad aliquam columbam intra civitatem vel comitatum nec ad aliquam irundinem in dicta civitate nec inde irundinarum destruere ad domum alicuius pena quatraginta solidorum denariorum pro quolibet et qualibet vice

¶ Quod nulla persona a smelet cippum seu cuppum apium —— lxxxv.

Item statuimus et ordinamus quod nulla persona destenat vel auferat vel smelet aliquod cippum seu cuppum apium pena xxv. librarum denariorum pro quolibet et qualibet vice sine licentia domini quorum fuerint si predicta probata fuerint per testes confessionem vel contumaciam accusati, si vero per testes confessionem vel contumaciam non probaretur stetur iuramento accusantis et tunc condempnetur in centum solidorum denariorum sine alia probatione

¶ De pena aurificis non operantis ad certam legam —— lxxxvi.

Item statuimus et ordinamus quod pro publica utilitate hominum dicte civitatis et comitatus quod aurifices civitatis castelli laborent et laborare debeant argentum ad legam novem unciarum et qui contrafecerit solvat penam viginti quinque librarum denariorum et quilibet possit accusare et denumptiare et habeat medietatem banni et teneatur nomen denumptiantis in secreto et probetur per unum testem bone fame cum iuramento accusantis. Et quod potestas teneatur quolibet mense sui regiminis examinari facere dictos pena quinquaginta librarum denariorum de suo salario communi applicandi. Et predicta locum habeant in aurificibus tam civibus quam forensibus dictam artem exercentibus

¶ Quod nullus committat fraudem in candelis —— lxxxvii.

Item statuimus et ordinamus quod nulla persona audeat vel presumat dolum vel fraudem committere in candelis de cera et qui contrafecerit condempnetur in viginti quinque libris denariorum et privetur de offitio vendendi toto tempore vite sue. Item quod nullus mictat in dictis candelis, duplerijs vel torchijs pro papiru de accia nec de bambace veteri vel moccaturis sed papirum faciat et mictat de bambace novo. Et qui contrafecerit condempnetur in centum solidorum denariorum pro quolibet et qualibet vice, salvo quod in cintis de cera in quibus mictere possit papirum de accia. Et dictus potestas supradictis quolibet mense inquirat mictendo suum notarium ad inquirendum per apothecas etc.

Quod nulla persona smellet cippum seu cuppum apium c lxxxv

De pena aurificis non facientis opera ad certam legam c lxxxvi

Quod nullus committat fraudem in candelis c lxxxvii

Non observatur

relationi credatur. Et repertos culpabiles puniat imponere decretos sine processu et nulli liceat de predictis appellare, nec audiatur appellans et si potestas negligens fuerit in predictis in viginti quinque libr. den. per syndicum condempnetur

Apportans vinum forense in civitatem castelli. C.lxxxvii

De pena apportantis vinum forensem de extra civitatem. — lxxxvii.

P Item previsum et ordinatum est quod nulla persona civitatis vel comitatus nec aliunde audeat apportare in civitatem castelli vel apportari facere per se vel alium vinum forensem de regno aliquo extra comitatum castelli, et quicumque contrafecerit perdat quod apportavit. Et nichilominus pro qualibet vice et qualibet salma condempnetur in viginti quinque libr. den. et quilibet possit accusare et habeat medietatem banni et teneatur eius nomen in secreto. Et quod custodes portarum non permictant intrare eos in civitatem. Et inquirat potestas de predictis quolibet mense. Et etiam potestas predicta bampniri faciat. Salvis reformationibus factis per tempora in predictis et circa predicta

Nullus forensis emat possessiones in comitatu infra confines. C.lxxxviii

De nullus forensis emat possessiones in comitatu prope confines — lxxxviii.

Item previsum et ordinatum est quod nulla persona forensis nec aliqua alia persona de cetero audeat vel presumat per directum vel per obliquum emere aliquas possessiones vel emi facere in comitatu predicto prope confines ipsius comitatus per unum miliare, nec aliqua persona tali forensi ipsas possessiones vendere sub pena et ad penam pro quolibet et qualibet vice quinquaginta libr. den. Et nichilominus emptio seu venditio vel datum forensi factum seu facta vigore presentis statuti non valeant nec teneant, sed ipso iure sint et esse intelligantur nulle et nullius efficacie vel valoris, super quibus et quolibet eorum dominus potestas teneatur possit et debeat singulis mensibus inquirere procedere et ponere modum et viam quibus ei videbitur pro utilitate comunis. Et repertos culpabiles condempnare in penis predictis in quibus casibus quilibet eorum civilis civis et comitatinus possit accusare, denumptiare et habeat quartam partem condempnationis exinde fiende. Et addendum materiam de forensibus habentibus possessiones in dicto comitatu, fructus ex dictis possessionibus percipiendis, recolligendis, deferendis ad civitatem castelli fiat et fieri debeat expensis dicti comunis unus liber conservare et conservari debeat penes maiorem syndicum dicti comunis in quo scribantur omnia nomina dictorum forensium habentium possessiones in comitatu et ipsarum possessionum

Et quod omni anno per dictum maiorem syndicum fiat extimatio et taxatio
omnium fructuum qui recolligentur ex dictis possessionibus et secundum dictam
taxationem et extimationem fructus predictos tales forenses in dictam
civitatem omni anno per totum mensem septembris ferri debeant et assignari
dicto maiori syndico, ita et taliter quod ex ipsis fructibus nulla possit fieri
fraus, pena pro quolibet staio et quolibet contrafaciente pro qualibet vice xx. solidorum
denariorum et amissionis fructuum. Super quibus dictus syndicus procedere et cognoscere
possit et debeat summarie et de facto et contrafacientes punire modo predicto

De terris que non possint laborari propter potentiam alicuius —— CLXXXX

De terris que non possunt laborari propter potentiam alicuius. CLXXXX

Statuimus et ordinamus quod si aliquis de civitate vel comitatu castelli non poterit facere
laborari terras vineas vel possessiones timore alicuius potentis seu
alterius persone cuiuscumque conditionis sit. Et de hoc fidem fecerit potestati vel iudici
suo sacramento, teneatur potestas compellere homines ipsius ville ad laborandum
dictas terras et possessiones et reddere renduta ipsarum terrarum secundum consuetudinem
bona fide sine malitia aliqua pena centum solidorum denariorum cuilibet dictorum hominum aufe-
renda. Et si probabitur per testes quod ille talis potens contradixerit terram alterius
laborari solvat communi pro pena centum libras denariorum. Et si fecerit vel contradixerit. Et si aliquis
habuerit molendinum vel domum aliquam in comitatu dicte civitatis et propter timorem alicuius
molendinarius nollet stare in molendino aut aliquis in domo nollet habi-
tare eodem modo potestas teneatur cogere homines ville in qua situm est molendinum
vel domus ad molendinum custodiendum et habitandum sub pena predicta et
eadem pena puniatur contradicens vel timorem vel minas inferens. Et
quod contenta in hoc capitulo non habeant locum in terris et possessionibus illorum
qui condempnarentur de aliqua proditione

De pena capientium et interficientium gattos —— CLXXXXI

De pena capientium et interficientium gattos CLXXXI

Statuimus quod nullus civis vel forensis audeat vel presumat capere
vel interficere aliquem gattum seu gattam ad penam centum solidorum denariorum. Et quod nullus
pelliparius pellem de gatto emat, et si alicui pellipario aportata fuerit ad
vendendum pro ea teneatur et aportantem denuntiet officio. Et notarius civilis
domini potestatis qui notarius de predictis singulis mensibus semel inquisitionem
facere teneatur et culpabilem repertum in centum solidorum condempnare. Et

pelliparius predicta ...

si pelli parti predicta non fecerit condempnetur in viginti s. den. pro qualibet vice
et de predictis credatur sacramento accusantis vel denumptiantis | Quod nullus iret
equester aliquem diem neci ea bigordet vel faciat molestiam dominabus — lxxxxvi

et casteri aliqua die armigeret nec aliqua molestia faciat ... xxv

Statuimus et ordinamus quod nullus de civitate vel comitatu vel aliunde
audeat vel presumat equester intrare aliqua ecclesia civitatis castelli ea
bigordandi nec alia de causa et maxime quando divinum offitium celebratur et
quicumque contrafecerit solvat comuni pro bampno decem libr. den. sine remiss
ione aliqua. Idem intelligatur de claustris fratrum et locis fratrum quando
fierent predicationes, nec vadat aliquis qui [illegible] vadunt ad predicatores
et a predicationibus revertuntur, vel ad nuptias, sive ad aliquas congrega
tiones eas dominas regirare seu cire equester, ea impediendo, sub eadem
sub dicta pena. Item dicimus quod nulla mulier debeat intrare nec morari
inter cancellos alicuius ecclesie civitatis castelli et maxime quando divina offitia ce
lebrantur pena et bampno viginti s. den. pro qualibet et qualibet vice qua
contrafecerit et quilibet possit accusare et denumptiare et habeat medietatem bam
pni et teneatur nomen suum in secreto. Et predicta bampniantur publice per
civitatem quolibet mense et spetiale in ecclesia sancti Floridi. Et tubatores comunis vin
culo sacramenti teneantur denumptiare contrafacientes et quod nullus possit bigordare
vel armeggiare in civitate vel comitatu equester, quando aliqua domina traducitur
ad maritum nec antea vel postea pro eo die nec aliqua alia causa cum
banderiis nisi causa militie pena quinquaginta librarum pro qualibet et qualibet vice
et quilibet possit accusare et habeat medietatem bampni Et potestas possit et
teneatur inquisitionem facere de predictis

...are ad quailas in quar... cum ... clxxxxv

| Quod nulli sit licitum ucellare ad quailas in quarterio ... — lxxxxiii

Item quod nulla persona de civitate vel aliunde possit vel debeat uccellare ad quai
las vel starnas in quarterio nec in burgo et comitatu civitatis predicte prope
dictam civitatem vel infra per sex miliaria sub pena et bampno xl s. den. pro qualibet
vice. Item quod nullus audeat vel presumat piscari aut ragnella in flumine
tiberis pena decem librarum den. pro qualibet contrafaciente. Et quilibet possit
accusare et habeat medietatem bampni, cuilibet liceat contrafacienti accipere
budinum starnas et quailas, etiam tunc temporis sine pena et bampno et
hoc capitulum per civitatem publice bampniatur

burgenses non veniant venatum in districtu castelli c. lxxxiiii

Quod Burgenses non veniant venatum in districtu castelli — lxxxiiii

Ordinamus quod Nullus burgensis audeat vel presumat venire venatum nec ad aucellandum nec ad piscandum in comitatu civitatis castelli, nec aliquis lingnarius, erbarius, vel faciendum lengna vel erbam. Et si ... nec aliquis lingnarius erbarius vel faciendum lengna vel erbam et si ... quis se defenderet possit offendi dum modo eum non offendat cum armis vel ... quis se defendet possit offendi. Et si contrafecerit et inventus fuerit, contra predicta canes et res alias perdat et quilibet possit auferre sine pena. Et teneatur potestas facere fieri custodes in curia ... qui predicta debeant custodire ... et in curia castellionis sancti Iustini. Qui predicta debeant custodire ... aut contrafecerit ultra penas in presenti statuto contentas condempnetur pro qualibet vice in decem libris denariorum et perdat canes, retia et alia. Et quilibet possit accusare contra facientes et habeat medietatem banni. Et credatur dicto suo denumptiantis cuius nomen teneatur in secreto cum uno teste bone fame.

quod nullus burgensis possit emere aliquam rem in comitatu civitatis castelli c. lxxxv

Quod nullus Burgensis possit emere aliquid rei in comitatu — lxxxv

Item statuimus et ordinamus quod nullus burgensis vel clericus comitatus possit in comitatu castelli aliquam rem inmobilem per venditionem, donationem, in ... vel permutationem acquirere. Et si contra factum fuerit ipsa venditio, donatio, permutatio sit cassa et vacatua ipso iure et nullius efficacie vel valoris, et nichilominus condempnetur tam emens quam vendens in quinquaginta libris denariorum pro quolibet et qualibet vice, et res talis deveniat in comune. Et quilibet possit denumptiare et accusare et habeat medietatem banni. Et teneatur et debeat dominus potestas inquirere et procedere supra predictis et culpabiles repertos punire ut dictum est, et si negligens fuerit in centum libris denariorum per eius sindicum condempnetur. Et predicta non vendicent sibi locum in burgensibus qui fuerint effecti cives dicte civitatis castelli et habitantibus continue in dicta civitate vel comitatu.

de pena illius qui miserit fossum super terram alicuius c. lxxxvi

De pena illius qui miserit fossum per terram comunis — lxxxvi

Statuimus et ordinamus quod si aliquod fossatum factum fuerit sive fossatum factum est per quod terra vel clausura alicuius destruatur vel terminus corruat cadat, ille cuius est fossatum teneatur solvere tot pro banno centum solidos denariorum et terminus in fossato ponatur et fossatum impleatur si hoc probatum fuerit per unum testem vel iuramento illius qui dixit dampnum substinuisse.

de offensionibus offitialium et eorum penis c. lxxxvii

Item statuimus et ordinamus, quod si aliquis de civitate vel comitatu vel aliunde
ausu temerario presumpserit percutere aut percuti facere potestatem vel capitaneum
dicte civitatis vel alium eius locum tenentem, vel contra aliquem eorum lanceare
vel balistare capite puniatur. Et si non percusserit syndicum, maiorem
vel aliquem assessorem alicuius rectoris dicte civitatis, maiorem offitialis gabellarum
vel maiorem offitialium damnorum datorum cum armis et cum sanguinis effusione
condempnetur in mille libr. den., qua pena si non soluta infra xv dies a die late
sententie, sibi manus dextera amputetur. Et si non aliquis percusserit aliquem
predictorum cum armis sine sanguine vel sine armis sine sanguine puniatur
in quingentis libr. den. Et si non aliquis percusserit aliquem aliquem alium
offitialem dicte civitatis forensem quam predictos vel aliquem familiarem aliquorum rectorum
et offitialium dicte civitatis condempnetur in duplo eius in quo condempnari deberet
de tali maleficio si offenderet civem. Et si non quis aliter offenderit dictos vel supradictos
dominum potestatem vel capitaneum condempnetur in quadruplo eius in quo condem-
pnaretur si offenderet alium civem. Et si non offenderet dictos vel supradictos maiorem
syndicum assessorem alicuius rectoris vel offitialem dicte civitatis, maiorem offitialium gabellarum
vel maiorem offitialium damnorum datorum puniatur in triplo eius quo condempnaretur
si offenderet civem. Et si non offenderet dictos vel supradictos aliquem alium offitialem
forensem dicte civitatis vel aliquem familiarem dictorum rectorum et offitialium condempnaretur
in duplo eius quo condempnari deberet si offenderet civem dicte civitatis. Et si non aliquis
dictorum rectorum, offitialium et familiarium offenderet iniuriose aliquem civem vel comitatensem
dicte civitatis vel alium vel inter se ipsos si offenderent, condempnentur eadem pena
qua puniretur civis offendens alium civem. Et predicta locum habeant in percussionibus
et offensionibus factis in personis rectorum et offitialium predictorum tam durante tempore eorum
offitii quam etiam tempore syndicatus adventus et reditus ipsorum. Et de predictis
et quolibet predictorum commissis contra potestatis et suorum et offitialium et familiarium possit cogno-
scere et fine punire futurus potestas capitaneus et syndicatus maior dicte civitatis
Et de predictis commissis in persona aliorum offitialium et familiarium, cognoscat et puniat potestas
et rector seu offitialis principalis penes quos offitiales et familiares tenebantur. Et si quis
non percusserit vel aliter offenderit aliquem familiarem dictorum rectorum puniatur in
duplo eius quo puniretur si civem offendisset

q potas no possit aliquem confinare clxxxvij

Quod potestas non possit aliquem confinare — lxxxxvij

Item statuimus et ordinamus quod potestas Ciuitatis castelli qui nunc est et qui pro tempore fuerit in dicta Ciuitate, nec aliquis eius officialis possit nec debeat aliquem uel aliquos Ciues aut comitatenses dicte Ciuitatis uel comitatus confinare seu ad eo confinia designare pro aliquo delicto uel maleficio commisso aut committendo directe uel per obliquum aliqua ratione uel causa pena mille librarum denariorum qua fuerit contrafactum auferenda et quibus debeat de suo salario pro qualibet uice qua fuerit contrafactum auferenda et quibus debeat de suo salario pro qualibet uice, qua fuerit contrafactum condempnari tempore sui syndicatus per maiorem syndicum dicti comunis expressius condempnari, et pro tempore sui syndicatus per camerarium retineri; Et nichilominus non ualeat id quod fieret nec teneat ullo modo.

q potas uel maior syndicus non mictat berruarios in comitatu clxxxxviij

Quod potestas uel maior sindicus non mictat Berruarios in comitatu — lxxxxviij

Item statuimus et ordinamus quod dominus potestas uel syndicus maior dicti comunis Ciuitatis castelli, nec aliquis alius officialis dicti comunis possint nec eis liceat audeant uel presumat mictere aliquem uel aliquos beruarios seu familiares ipsorum in comitatu uel districtu castelli, occasione citationis seu citationum fiendarum, de syndicis uel gualdariis castrorum uel uillarum comitatus et Ciuitatis castelli, uel fideiussorum promissionibus, seu occasione fideiussionum et promissionum per ipsos syndicos uel gualdarios fiendis uel prestandis secundum formam statutorum et ordinamentorum dicti comunis, Et etiam occasione excusationum et exactionum aliquarum condempnationum seu bampnorum dicti comunis fiendarum contra predictos syndicos siue gualdarios, uel pro exactione quarumcumque aliquarum singularum personarum, aliquarum gabellarum uel aliquorum datiorum seu fumorum impositorum seu imponendorum pro dicto comuni, nec etiam pro cogendo ipsos gualdarios ad denumptiandum aliquos dampnum dantes, seu de dampnis datis contra eorum uoluntate sine expressa licentia concessa a dominis prioribus populi pro tempore in offitio existentibus ad penam uigintiquinque librarum denariorum quam licentiam apparere debeat in scriptis manu cancellarii comunis aut notarii dominorum priorum populi, pro quolibet contrafaciente contra predicta uel aliquid predictorum per camerarium dicti comunis retinendam, qui per maiorem syndicum dicti comunis tempore syndicatus dicti officialis uel rectoris debeat condempnari. Et sufficiat probatio duorum uel trium testium contra predictos rectores seu officiales

vel alii testes probantes de publica fama cum iure accusantis

pingat arma in palatio c. c.

Quod nullus Rector pingat arma in palatio — c.

Item statuimus et ordinamus quod nullus rector vel officiales ipsius vel comunis castelli possit vel debeat pingere seu intaliare aut pingi vel intaliari facere in palatiis sive domibus habitationis domini potestatis seu capitanei vel muris civitatis predicte aliqua arma seu armorum figuras vel signa sub pena librarum c. denariorum pro qualibet vice qua contrafactum fuerit. singulis officialibus contrafacientibus in suo syndicatu per maiorem syndicum dicti comunis de facto sindicale condempnetur. Et pictor magister seu intaliator sive sculptor qui predicta pinxisit seu intaliaverit pena librarum quinquaginta denariorum ipso facto incurrat Et de predictis dominus syndicus maior possit et etiam teneatur et debeat sub pena librarum centum denariorum cognoscere et procedere ad petitionem cuiuslibet accusantis seu denuntiantis secrete et palam et repertos culpabiles punire et condempnare et accusantis teneatur in secreto et nomen denuntiantis in penis predictis et nichilominus syndicus maior die sequenti post condempnationem de eo factam de predictis sub pena centum librarum denariorum arma que predicta pingerentur designarentur vel intaliarentur aboleri abradi ac vastari facere teneatur. Et etiam ad petitionem dominorum priorum populi tollantur predicta et aboleri debeant

Quod pecunia quam officiales debent comuni non deponatur — c.

nisi comuni non deponatur nisi c.

Item statuimus et ordinamus quod nullus rector vel officiales comunis predicti forensis presens vel futurus debeat audeat vel presumat exposcere vel tacite aut aliquo colore quesito dari exhiberi solui vel deponi facere aliqua vel aliquas pecunie quantitates vel summam quam solui deberent dicto comuni quamquam certa quamquam persona collegio vel universitate aliter aliquo pretextu officii collegio vel universitatis quam camerario dicti comunis pro ipso comuni recipienti sub pena librarum centum denariorum cuilibet rectori vel officiali contrafacienti et pro qualibet vice et sub pena quingentarum librarum denariorum cuilibet aliqua pecuniam seu depositum dederit predictorum. Et predicta quoque nomine recipienti et restitutionis depositi seu pecunie quam recepit que pena dari et assignetur camerario dicti comunis pro ipso comuni recipienti. Et quod dominus syndicus dicti comunis presens et futurus possit teneatur et debeat procedere et cognoscere ad petitionem cuiuslibet accusantis vel notificantis secrete vel palam et cuius nomen teneatur in secreto et repertos culpabiles punire et condempnare comuni predicto

in pena et penis supra annotatis. Et quod priores pro tempore in principio eorum offitii teneantur ex debito eorum offitii et vinculo iuramenti presens statutum rectoribus et offitialibus forensibus predictis facere manifestum et etiam protestari quod predicta observent.

¶ Quod quilibet teneatur solvere condempnationes revocatas ... C.xj.

Quod quilibet teneatur solvere condempnationes revocatas. C.xj.

Item provisum et ordinatum est quod quilibet teneatur et debeat solvere condempnationes in futurum revocatas de eo fiendas cum dicti communis priori ... i. quindecim dies computandos a die facte condempnationis si a tali condempnatione facta summa condempnationis non fuerit appellatum, si vero a bea fuerit appellatum i. decem dies a die late sententie super ea appellationis computandos ad penam quarti pluris dicte condempnationis. Et cum dicto quarto pluri dicte condempnationis post lapsum dictorum terminorum exigantur, et exigi possint et debeant per rectores et offitiales dicti communis predicto tempore condempnatis et si ... inscribi ... condempnatio vel aliqua earum cancellari non possit de actis sive libro condempnationum dicti communis, nisi eis cum dicto quarto pluri integraliter persolutis. Et similiter non teneantur et debeant solvere condempnationes revocatas iam factas i. quindecim dies computandos a die late sententie nisi a bea fuerit appellatum ut dictum est. Et si confirmata fuerit solvere teneatur i. decem dies a die late sententie super appellatione computandos ... ad dictam penam quarti pluris. Et dicta pena quarti pluris non habeat locum in contumacibus nec in detentis in carceribus communis et predicta intelligantur et se extendant ad preterita et futura.

¶ De condempnationibus ... C.xij.

De condempnationibus ... C.xij.

Item statuimus et ordinamus quod omnes et singule condempnationes et bampna que fierent et darentur in futurum quod aliqua persona ... alicuius malefitii vel excessus probati per testes vel confessione vel per contumaciam condempnati vel exbampniti sint firme et rate et firma et rata valeant et teneant et exequantur et exigantur per rectores pro tempore potestate et omnes et singulos condempnatos et exbanditos qui reperientur in libris condempnationum dicti communis et quod ipsi condempnati et exbampniti habeantur pro veris legitime et rite condempnatis observatis modis condempnationibus faciendis et exempinitatibus in statutis ... Et quod nulla defensio exceptio dictum vel dicta audiatur

recipiatur vel admittatur contra dictas condempnationes et bampna per dominum potestatem vel aliquem offitialem dicti comunis ad penam ducentarum librarum denariorum in quibus dictus dominus potestas et quilibet alius offitialis dicti comunis qui contrafecerit puniendum cum debeat condempnari, salvo et reservato benefitio appellationis. Et predicta locum non habeant in condempnatis et exbampnitis, quorum condempnationes et bampna per iudicem appellationis fuerint revocata

puniendis in platea ... De malefactoribus non puniendis in platea ———— CIIII.

Item statuimus et ordinamus quod potestas non possit nec debeat iustitiare aliquem malefactorem comunis dicti in platea comunis, nec infra muros civitatis Castelli facere incidi caput vel membrum, excepto quod homines ligari possint ad captonem pedronis et per ipsam plateam fustigari. Item dicimus quod in die sabbati nulla executio personalis possit fieri de aliquo cive vel comitatino dicte civitatis ex qua executione sequatur mors vel casso membri pena ipsi domino potestati ducentarum librarum denariorum

turris vel palatium destruatur maleficio C.V. Quod nulla domus turris vel palatium destruatur in civitate vel comitatu pro aliquo maleficio CV.

Item statutum et ordinatum est ad hoc ut civitas minus deformetur quod nulla domus turris vel palatium in civitate vel comitatu destruatur, seu destrui debeat per dominum potestatem vel aliquos eius offitiales aut aliquos alios offitiales dicti comunis pro aliquo maleficio condempnatione exactione datiorum aut alia quacumque de causa seu ex quocumque delicto, non obstante aliquo statuto vel ordinamento facto vel fiendo, sed tales domus palatia sive turres possint vendantur et vendi debeant, et si contrafactum fuerit condempnetur ipso facto qui contrafecerit in ducentis libris denariorum. Item additum est quod pro predictis maleficiis vel excessibus vel aliquo alio vel alia quacumque de causa vinee non incidantur nec arbores comestitie. Et si contigerit quod aliquis committet aliquod maleficium propter quod sua bona venirent publicanda comuni, et haberet aliqua bona comunia cum aliqua persona, ille talis cum quo haberet bona comunia cogatur ad vendendum si bona comode possent dividi, vel recipiatur si vult emere partem confiscatam, et si nollet vel posset emere tunc cogatur partem suam vendere dicto comuni et postea predicto comuni integraliter vendantur. Et ad predicta facienda fiat syndicus dicti comunis, et quod contingeret dividi dicta bona ille qui habebit partem in dictis bonis cogatur actionem dare dicto syndico

De pena receptantis vel auxiliantis exbannitos vel alios malefactores. c. lvj

De pena receptatium vel auxiliantis exbannitos vel alios malefactores c. lvj

Item statuimus et ordinamus quod nullus de civitate vel comitatu castelli, vel aliunde
habitans in dicta civitate vel comitatu audeat vel presumat receptare vel reti-
nere aut consilium vel favorem dare in domo propria vel conducta vel alibi in dicta
civitate vel comitatu castelli aliquem exbannitum vel condempnatum dicte civitatis
vel comitatus in persona pena centum librarum denariorum. Si vero quis receptaverit ali-
quem exbannitum vel condempnatum in mille libris et abinde supra vel alicuius me-
bri abscisione, puniatur talis receptans in quinquaginta libris denariorum,
Si vero receptaverit aliquem exbannitum in quingentis libris denariorum et abinde supra
usque in mille condempnetur in quadraginta libris denariorum. Si vero receptaverit
aliquem exbannitum in ducentis libris denariorum et abinde supra usque in quingentis
puniatur in triginta libris denariorum. Si vero receptaverit exbannitum vel con-
dempnatum a centum libris supra usque in ducentis libris denariorum condempnetur in viginti
libris denariorum. Si vero receptaverit aliquem exbannitum a centum libris infra
puniatur in decem libris denariorum. Si vero quis receptaverit aliquem furem
vel latronem publicum vel incendiarium vel homicidam puniatur in
ducentis libris denariorum pro nobilibus et qualibus, in alio, universitas vero castrorum si
pecta vel aliquod predictorum commiserit condempnetur eadem pena qua condempnari
debet specialis persona. Si vero fuit universitas ville que pecta vel aliquod predictorum
commiserit condempnetur in medietate dicte pene. Et intelligatur castrum
vel villa receptare exbannitum et auxilium et favorem prestare si exban-
nitus vel malefactor publice palam prima die naturali steterit in castro
vel villa. Et si universitas castri vel ville pecta commisit et fuit condemp-
nata, volumus quod ad solutionem dicte condempnationis non teneantur
pupilli, mulieres, maiores lx annis, miserabiles persone, nec absentes tempore
dicte receptionis a castro vel villa. Si vero aliquis de manibus familie
domini potestatis vel alterius rectoris et officialium dictorum vel ducentium ipsos etiam
dictorum aliquem malefactorem vel exbannitum exemerit vel fugere fecerit
puniatur et condempnetur eadem pena qua puniretur dictus male-
factor vel qua dictus exbannitus erat exbannitus et super
predictis quolibet predictorum dominus potestas et eius iudex, alii officiales dicti
comitatus iurisdictionem habentes, possint inquirere cognoscere et procedere

contrafecerit perdere, et quilibet possit denumptiare et accusare et habeat ~~medietatem~~ quartam ~~bampni~~ partem bampni

De exbanditis et aliis reis per capiendis impune — CXVII

Ordinamus quod omnibus sit licitum capere exbampnitum et condempnatum pro malleficio, furtum facientes, et robaria, apostratam sive quemlibet proditorem aliquem qui fecit, quolibet malleficium committentem sine pena et bampno. Item quod quilibet possit capere exbampnitum et condempnatum communis pro malleficio, et offendere sine pena et bampno. Et quod exbampniti et condempnati in viginti quinque libris denariorum et abinde supra possint impune offendi, dummodo non possint occidi nisi dicti exbampniti essent condempnati pro delicto pro quo imponeretur pena mortis, a viginti quinque libris vero infra possint capi dummodo non offendantur.

De terris exbampnitorum non laborandis — CXVIII

Statuimus et ordinamus quod terre exbampnitorum communis sive aliorum non possint nec debeant modo aliquo laborari, sed sodie remaneant penitus, sed nullus possit nec debeat eas terras vel aliqua earum occasione aliqua laborare vel sodare. Et siquis de civitate castelli vel civitatis vel aliunde laboraverit seu laborari fecerit terras seu vineas alicuius exbampniti communis pro malleficio, excepto homicidio condempnetur in decem libris denariorum pro bampno et qualibet vice, et in uno fratre sive alicuius exbampniti pro homicidio condempnetur laborare in quolibet viginti quinque libris denariorum pro bampno et quotiens deliquerit. Et quilibet possit accusare et denumptiare et habeat medietatem bampni nisi petita fecerit cum licentia domini potestatis dominorum priorum et syndici maioris communis. Et hoc per civitates publice bampniantur in locis consuetis ut melius servatur.

Quod capitanei capitaniarum et syndici castrorum et villarum assignent bona exbampnitorum — CXVIIII

Item statuimus et ordinamus quod capitanei capitaniarum dicte civitatis et omnes syndici castrorum et villarum communis teneantur et debeant assignare in scriptis et requisitione domini potestatis et cuilibet alio officiali dicti communis omnia et singula bona et res omnium et singulorum exbanditorum et condempnatorum suarum capitaniarum castrorum et villarum dictorum sub pena decem librarum denariorum cuilibet capitaneo et syndico qui contrafecerit imponenda

Margin: reis personis capiendis impune

Margin: exbampnitorum non laborandis

Margin: syndici castrorum et villarum assignent bona exbampnitorum C. CXVIIII

Margin: ... capitali ... C. CX

De exbannito qui capit alium exbannitum. — C x

Item provisum et ordinatum est quod si quis exbannitus dicti comunis ceperit et in fortia comunis miserit cum effectu aliquem alium exbannitum dicti comunis in perpetuum vel pro maleficio quod talis exbannitus capiens alium exbannitum in dicto bampnus debeat rebanniri in quacumque bampno et pro quocumque maleficio reperiatur exbannitus. Et si ceperit aliquem alium exbannitum in pecunia debeat rebanniri talis exbannitus capiens alium exbannitum in pecunia usque ad illam quantitatem in qua erat exbannitus ille qui cepit et ab inde infra.

De capientibus vel apostantibus exbannitos c. CXI

De capientibus vel apostantibus exbannitos. — C xi

Item statuimus et ordinamus quod quicumque ceperit et in fortia comunis duxerit aliquem exbannitum in perpetuum habeat de pecunia dicti comunis centum libras denariorum. Si vero apostaverit vel ordinaverit quod dictus exbannitus caperetur per familiam domini potestatis vel alios offitiales et fuerit captus et in fortia comunis ductus habeat dictus apostator vel ordinator de pecunia dicti comunis quinquaginta libras denariorum. Si vero quis ceperit aliquem exbannitum vel condempnatum a quingentis libris denariorum et in fortia comunis duxerit habeat de pecunia dicti comunis L libras denariorum. Si vero quis apostaverit vel ordinaverit ut dictus exbannitus caperetur et fuerit captus et in fortia comunis ductus habeat de pecunia dicti comunis xxv libras denariorum. Si vero quis ceperit et in fortia dicti comunis duxerit exbannitum a quingentis libris infra usque a trecentis habeat de pecunia dicti comunis viginti quinque libras denariorum. Apostator vero vel ordinator habeat duodecim libras denariorum. Si vero quis ceperit vel apostaverit aliquem exbannitum a trecentis libris infra et in fortia comunis fuerit ductus habeat de pecunia dicti comunis pro rata ut supra. Et predicta quod de bonis predictorum vendicentur loco eorum si exbannitus captus solverit suam condempnationem vel fiat executio contra eum. — C xii

exbanniti comunis capiantur et de pena illorum qui non ceperint liberos [illegible] relaxaverint c. CXII

Quod exbanniti capiantur et de pena illorum qui eos non ceperint vel captos relaxaverint

Item provisum et ordinatum est quod si quis provintialium de comitatu fugaverint aliquem exbannitum dicti comunis pro maleficio vel in perpetuum et ex tali fuga rumor oriretur aut elevaretur, per homines castrorum et villarum in quorum territorio predictus exbannitus fugaretur, per homines castrorum et villarum in quorum territorio fugaretur teneantur et debeant trahere ad dictum rumorem et persequi et capere dictum exbannitum et eum in fortia dicti comunis ducere. Et si quis offecerit

et in eorum castro uel uilla, erunt a quinquaginta focularibus supra
puniatur talis uniuersitas talis castri uel uille in quinquaginta libr
den. Et si erunt a quinquaginta focularibus infra usque ad uigintiquinque
puniatur talis uniuersitas in xxv libr den. Et si erunt a uiginti
quinque usque ad decem puniatur talis uniuersitas in decem libr den
et a decem focularibus infra puniatur in centum solidis den. Et si fuit
exbampnitus in pecunia in quingentis libr den, et abinde supra puniatur
talis uniuersitas in qua erit a quinquaginta focularibus supra in uiginti
quinque libr den. Et si erunt a quinquaginta focularibus infra usque in ad
decem puniatur uniuersitas in decem libr den in centum solidis den, et a dec
em focularibus infra in quinquaginta solidis den. Et si fuit exbampnitus
a quingentis libr den infra, puniatur uniuersitas, a quinquaginta
focularibus supra, in decem libr den. Et ita procedatur descensiue de libra
ad libram secundum focularium numerum ut dictum est. Et siquis exbapnitus
pro homicidio ~~uel~~ uel in persona qui fuit captus, relaxaretur et fugeret aut
quod ueniret in fortia communis, puniantur relaxatores, et illi qui receptassent
eum in mille libr den. Et si fuit exbampnitus in pecunia in quingentis
libr den, et abinde supra, puniantur relaxatores, et illi qui receptassent in du
centis libr den, et si fuit exbampnitus a quingentis libr den infra
puniantur in ea pena puniantur in illa pena in qua reperitur talis ex-
bampnitus, dum modo non possit excedere summa ~~quingentarum~~ ducentarum libr
den, sed abinde infra. Et intelligatur relaxatus exbampnitus quicumque
exbampnitus captus aufugeret, aut qui in fortia communis uenit, et quod ad
predicta non teneantur mulieres et minores quatuordecim annis

ordinamenta predicta non habeant locum in exbannitis preteritis c. cxxij

Quod ordinamenta predicta non habeant locum in exbapnitis preteritis — cxxij

Item prouisum et ordinatum est quod predicta ordinamenta que loquuntur
de exbampnitis non habeant locum nec obsistentur receptantes
et non capientes exbampnitos preterito

quod potestas possit procedere inquiri. c. cxxiij

Quod potestas possit procedere per inquisitionem — cxxiij

Item prouisum et ordinatum est quod in omnibus supradictis casibus et articulis ordi
namentorum, contra exbampnitos de exbampnitis loquentium
et quolibet eorum, potestas seu dominus possit procedere per demonstrationem

citatione et inquisitione et quos culpabiles invenerit punire et
condemnare in aliquo modo quibus ei videbitur in penis in dictis
ordinamentis contentis. Et etiam quilibet possit accusare et de
nuntiare contrafacientes, et habeat quartam partem bampni, tene
atur nomen eius in secreto. Et quod a processibus cancellationibus bampnis et con
demnationibus inde secutis et exactionibus que fierent occasione dictorum
ordinamentorum vel alicuius eorum non possit appellari nec de nullitate oppon(i)
et si appellaretur vel opponeretur nullo modo audiatur appellans vel
opponens non obstante aliquo statuto quod in contrarium loquaretur

Quod omnes et singuli comitatini effecti cives a x annis citra debeant habitare familiariter in civitate — cxv

Quod omnes et singuli comitatini effecti cives a decem annis citra debeant habitare familiariter in civitate — cxv

Item statuimus et ordinamus quod omnes et singuli comitatini civitatis
castelli qui a decem annis citra fuerunt cives dicte civitatis
teneantur et debeant stare et habitare familiariter cum tota eorum familia
in civitate continue et facere et substinere honera realia et personalia sicut fa
ciunt alii cives pena centum librarum denariorum pro quolibet contrafaciente. Et si quis
ex dictis comitatinus effectus civis a dicto tempore citra non habitaret in civitate
ad presens teneatur et debeat redire stare et morari in dicta civitate ut dictum
est infra duos menses proxime venturos a publicatione presentium statutorum ad dictam
penam, et potestas et quilibet alius officialis dicti comunis teneatur et debeat inqui
rere de predictis et repertos culpabiles in dicta pena condemnare, et quilibet possit
accusare et denuntiare et habeat quartam partem bampni et potestas habeat duos solidos
pro qualibet libra, cuius condemnationem predictam effectualiter devenire fecerit in comuni. Et nichilo
minus privetur beneficio citadinantie et in pristinum statum reducatur, et do
minus potestas teneatur et debeat cogere officiales appassatus ad reducendum
eorum libras libre ad appassatum pristinum statum prout sunt alii comitatini, ex
ceptis a predictis omnes qui specialiter effecti cives quibus esset specialiter indultum quod
possint stare in comitatu. Statuentes insuper quod omnes et singuli comitatini dicte
civitatis qui ad beneficium citadinantie in futurum affirmarentur seu
reciperentur pro tempore preterito sub dicta pena teneantur et debeant infra duos
menses a die facte citadinantie computandos venire stare et habitare
familiariter et continue in dicta civitate

Qualiter custodes debeat gubernare ... — cxvi

107

Item provisum et ordinatum est quod quilibet persona custodiat et attendat quod ignis
non accendatur in sua domo vel aliena in qua habitaret ad penam
decem librarum den. | Quod quilibet persona cooperiat ignem — CXVII

quilibet persona cooperiat ignem. C XVII

Item provisum et ordinatum est quod quilibet persona debeat coprire ignem de
sono coprifoci aut extinguere ignem quolibet sero cum pulsatur cam-
pana grossa ad martellum quinque morsis ad penam centum solidorum den. salvo
quod persone starent ad vigilandum ad dictum ignem

| Quod nulla persona retineat linum non mallatum in domo — CXVIII

[Quod] nulla persona retineat linum in domo sua C XVIII

Firmatum est quod nulla persona retineat linum non malliatum vel ristam infra
civitatem in sua domo ad penam viginti solidorum den. Et quod custodes portarum non per-
mittant aliquam personam mittere linum in civitatem vel ristam et quilibet possit accusare
contrafacientes et habeat medietatem banni et eius nomen teneatur in se-
creto et credatur uni teste denuntiantis

| Quod magistri lapidum et lignaminum trahant ad ignem — CXVIIII

Quod magistri lapidum et lignaminum trahant ad ignem C CXVIIII

Item provisum et ordinatum est quod omnes et singuli magistri lapidum et ligna-
minum de civitate et omnes illi qui ordinati fuerint occasione ignis qui ordi-
nari debeant per nonos potestates cum singulis sex mensibus in [illegible] dies post in-
troitum regiminis potestatis, in numero viginti quinque per porta teneantur et de-
beant ad sonum campane ire et trahere cum armis ordinatis [illegible]
ad ignem et domum que [illegible] ad extinguendum dictum ignem
ad penam viginti solidorum den. Et quod nulla alia persona vadat nec trahat ad dictum
ignem ad penam decem librarum et omnes alii homines exceptis custodibus portarum [illegible]
trahant et vadant ad palatium comunis ad dictum potestatem et ad palatium [illegible]
[illegible] cum armis ad penam arbitrio potestatis et [illegible] auferendam
[illegible]
Et si quis de civitate castelli vel forensis [illegible] salvo quod [illegible]
matur [illegible] in [illegible] libras [illegible] in [illegible] domo [illegible]
sint trahere ad dictum ignem consanguinei illius [illegible] domo [illegible]
aut devastaretur occasione dicti ignis usque in quartum gradum [illegible] circumcirca [illegible]
cont [illegible] pro dicta domum in viginti domos. Et [illegible] ad apportan-
dum [illegible] quinque domos et mulieres illius porte in qua est ignis ad apportandum
aqua et ad apportandum [illegible] portarentur [illegible] parentur

[Quod] hospites teneant lanternas C XX

107v

Quod hospites teneant lanternas — CXX

Item provisum et ordinatum est quod omnes hospites teneantur et debeant habere lanternam clausam in qua portent lumen in stabulo et aliis locis ubi essent palee et aliter lumen portare non possint nec debeant nec portari faciant ad penam viginti s. d.

Quod nulla persona portet res que stamparentur ab igne C. XXI

Quod nulla persona portet res que stamparentur ab igne — CXXI

Item provisum et ordinatum est quod nulla persona portet aliquas res que defendarentur et stamparentur occasione ignis et ab igne nisi ad loca ordinata ad ponendum dictas res ad penam arbitrii domini potestatis auferendam et custodes portarum teneantur et debeant capere omnes illos qui portant dictas res ad alia loca ad penam centum s. d.

Quod res que stamparentur ab igne custodiantur C XXII

Quod res que stamparentur ab igne restituantur — CXXII

Item provisum et ordinatum est quod omnes illi qui ordinati et positi fuerint ad custodiam dictarum rerum que defendarentur et stamparentur ab igne teneantur et debeant stare soliciti et attenti ad custodiam ipsarum ad penam XL s. d. Et quod nullus ipsorum custodum committat fraudem in dicta custodia ad penam arbitrio domini potestatis auferendam. Qui custodes debeant esse unus viginti de omnibus illis viginti quinque pro porta qui trahere debent ad dictum ignem cum magistris lapidum et lignaminum

Quod nulla persona portet ignem per civitatem C XXIII

Quod nulla persona portet ignem per civitatem — CXXIII

Item provisum et ordinatum est quod nulla persona portet per civitatem nec porrigat ignem de una domo ad aliam nisi in pignacto vel vaso ad penam X s. d.

Quod domus destruatur occasione ignis C XXIIII

Quod domus destruatur occasione ignis — CXXIIII

Item provisum et ordinatum est quod predicti magistri lapidum et lignaminum una cum dictis XXV hominibus pro porta et sine eis si tunc quando aliqua domus comburaretur debeant et possint libere et impune devastare et destruere unam aut plures domos que essent iuxta vel prope domos vel domum que comburaretur ad constringendum et extinguendum dictum ignem et ad hoc ut dictus ignis alias domos non comburat. Et domus que destruerentur occasione predicta debeant emendari et satisfieri dominis earum quorum essent de pecunia dicti communis per duos vel tres probos viros cum consilio sexaginta dicti communis duos magistros lignaminum et alium lapidum per ipsos eligendos que extimatio fieri debeat in quatuor mensibus tunc proxime venturis ad penam quinquaginta librarum denariorum. Et dictas domos reficere teneantur [illegible] dictum tempus ad dictam penam

Quam satisfactionem et emendationem predicti domini patroni sive eorum proprii teneantur facere fieri infra unum mensem post dictam extimationem damnorum ad penam centum librarum denariorum.

q(uod) magistri lap(idum) et lignaminum non recusent eorum officium. C.CXXV.

De magistris lapidum et lignaminum non recusent eorum officium. CXXV.

Item statuimus et ordinamus quod quilibet magister forensis lapidum et lignaminum possit venire ad laborandum in civitate. Et si magistri civitatis vel aliqui eorum recusaverint cum forensibus laborare, recusantes condempnentur in centum libris denariorum comuni pro banno quotiens contrafecerit. Item quod dicti magistri teneantur et debeant ad petitionem cuiuslibet dare et prestare cuilibet petenti presto operam pretio et mercede eorum statuti, et non debeant aliquo modo recusare petentes seu petentes eorum statuti, pena et banno xl s(olidorum) den(ariorum) pro qualibet vice, nisi iustam et rationabilem excusationem habuerint, quam teneantur suo iuramento probare. Et quod predicti magistri diebus sabbati vel aliis diebus quibus professores eorum breve [illegible] teneantur exire de laborerio ad sonum vesperarum debeant habere solum tres partes mercedis illius diei et non plus. Item quod si predicti magistri vel eorum laboratores non possent intrare hora congrua laborerium vel impedirentur aliqua hora diei laborare propter casum aliquem qui acciderit sive tali pacto [illegible] quod excomputetur de mercede diurna pro rata effectu illius quo vacaverint temporis quo in illa die laborare cessaverint. Item quod nullus magister cogatur ad eorum breve iurare nisi sponte vellet. Et capitula eorum brevis que prohibent quod non debeant venire contra honorem civitatis et quod non accipiant ad ristum operationem cum sint cassa irrita et nullius valoris.

q(uod) laboratores non extrahant segetes de campis [illegible] C.XXVI.

Quod laboratores non exeant segetes de campis et — CXXVI.

Item statuimus et ordinamus quod quicumque terram alterius laboraverit teneatur non metere, nec meti facere, nec triturari vel bladum ad aream portare, seu bladum maturum vel non maturum sine licentia domini nisi primo domino proprietatis terre a quo conduxerit requiratur vel notum ei faciat quod voluerit facere predicta, quod ille vadat illuc vel alius adsit seu mictat videre quando predicta fient et quidquid fit de predictis, si voluerit interesse. Et si laborator contra predicta fecerit solvat comuni pro banno centum solidos denariorum quotiens contra predicta fecerit. Et eundem observandum in laboratoribus vinearum tempore vendemie et sub eodem banno et quod non possint accipere vel extrahere uvas [illegible]

108v

ut maturas. pena viginti ß. pro quolibet et qualibet vice. Item teneantur reddere
laboratores rendutam in composto si dno placuit/ et teneantur laboratores par-
tiarij saltim una vice mondare sive sarchiare blada seminata per eos/ et
si non fecerint possint dni facere sarchiari et laboratores teneantur dno ipsi-
nenti ad eius petitionem restituere expensas quas fecit occasione predicta sine oblatione
libelli/ Item quod quilibet laborator partiarius vel fictuarius teneatur per totum
mensem septembris cuiuslibet anni deferre ad domum dni cuius potere laborat fructus
et rendutam quos sibi deferre tenetur et si non tulerit ut dictum est condempnetur
in decem libr den. et dnus consuetudinem in duplum si quid dampnum incurreret occasione predicta
Item quod quilibet laborator predictus teneatur dno facere instrumentum conductionis cum
eius pactionibus de quibus fuerint in concordia dnus et labor/ et si non fecerit in-
mensem a die requisitionis dni potestas quod dictus laborator contrafaciens condempnet
in decem libr den. dandis et solvendis pro medietate com et pro alia medietate accusatori
et cuilibet sit licitum accusare/ et teneatur nomen eius in secreto. Et quod omnes bestie
animalia que pro laboratores habent seu tenent super terris et poteribus in quibus laborat
ipso iure presumatur esse et presumi debeant censuisse esse dni cuius sunt dicte terre
sive poteria nisi contrarium evidenter probetur/ Item quod nullus casalensis
seu laborator qui steterit in aliquo potere/ vel terris existentibus in contratu
in eis habitando, possit cum bobus quos tenet in dictis terris seu poteribus la-
borare aliquas alias terras alicuius persone sine voluntate dni cuius potere laborat
ad penam .xl. ß. den. pro quolibet et qualibet vice/ et quilibet possit accusare contrafacientem
et habeat medietatem bampni et teneatur nomen eius in secreto, et predicta ordinata publice
bampnimantur. Insuper statuentes quod de creditibus affictibus debitis, et debendis
per laboratores dnis terrarum et denunciatis eisdem seu alicui eorum procedatur per dnum
potestatem et iudices summarie de facto sine libelli oblatione, et stetur denuntiatis
per dnum laboratoribus iure dni cum uno teste, quod probet legitime, et teneatur frater
et filius laboratoris predictis creditis affictibus, debitis fratris patris vel fratris
ab ipsis. Salvo quod si probaverint quod tempore dictorum creditorum affictuum vel debitorum
non habitasse insimul, quod ad dicta debita, credita et affictus teneantur solvere
secundum formam iuris, preterquam si filii essent laboratores principales quod tunc teneantur
predictis debitis, creditis et affictibus non obstante quod sint vel fuerint filii familias

Et p(re)dicta locum habeant ad p(re)terita p(re)sentia et futura. Item q(uod) d(i)c(t)i laboratores
no(n) possint facere granatum sup(er) t(er)reno alt(er)ius nec ponere fimum seu portare
ex t(er)renum et potere adductu sine lic(enti)a d(omi)ni pena XXV libras den(ariorum)

…neto et rebus non extrahendis de comit(atu) CCXXVI

De deveto et rebus non extrahendis de civitate — CCXXVI

Item statuimus et ordinamus q(uod) nulla p(er)sona audeat vel p(re)sumat de com(itatu)
castelli extrahere vel causa extrahendi portare aliquod genus bladi vel grasce
et qui contrafecerit si fuerit inventus p(er)dat salma et bestia sup(er) qua portaverit
Et si inventus non fuerit / si fuerit accusatus / denuntiatus vel inquisitus
condempnetur in vigintiquinque libris den(ariorum) p(ro) quolibet et qualibet vice / Et quilibet possit
accusare et denuntiare et habeat quartam partem banni vel rei que portarentur
et eius nomen teneatur in secreto, Et similiter nulla p(er)sona audeat vel p(re)sumat ova
/ caseu / pullos / lingna / paleas sive paleas / spigas vel grandes, ex dis(tric)tu
territorii com(unis) castelli extrahere vel portare, et qui contrafecerit solvat com(uni) pro banno XL
s(olidos) den(ariorum) p(ro) quolibet et qualibet vice. Item q(uod) nulla p(er)sona civitatis vel com(itatus) vel aliunde au
deat vel p(re)sumat / emere vel emi facere in com(itatu) civitatis castelli aliquod bladum causa ex
trahendi ipsum ex districtu com(itatus) d(i)c(t)e civitatis q(ui) contrafecerit solvat com(uni) pro banno XXV libr(as)
den(ariorum) p(ro) quolibet et qualibet vice. Et quilibet intelligatur emisse bladum causa extrahendi
cui inventum fuerit in sua domo vel alibi bladum nisi quod necessarium fuerit p(ro) se et
familia sua usque ad festum augusti / nisi fuisset de terra sua propria vel conducta / vel
suis redditibus / Et nullus cuiuscumque conditionis existat / clericus vel laycus
… audeat vel p(re)sumat vetitare dictum bladum nec ei
ipsi dare auxilium consilium vel favorem et qui contrafecerit condempnetur in decem libris
den(ariorum). Et q(uod) nullus molendinarius p(re)sumat extrahere de civitate castelli aliquod bladum
nisi causa macinandi et reportandi farina ad dictam civitatem et qui contrafecerit puniatur
in decem libris den(ariorum) p(ro) qualibet vice. Item q(uod) nulla p(er)sona possit portare bladum tritulatum
sive farina p(er) com(itatum) d(i)c(t)e civitatis de una villa ad aliam p(ro)xior confinibus comitatus
sine lic(enti)a maioris officialis gab(elle), nisi causa macinandi cum sigillo ville, pena decem libr(arum)
den(ariorum), et quilibet possit accusare et denuntiare in quolibet dictorum casuum, et etiam capere
in pena et in fortia com(uni)s ducere et habeat quartam partem banni vel rei que
portarentur. Et quilibet officialis dicti com(uni)s possit inquirere et punire de p(re)dictis
et quolibet p(re)dictorum / summarie simpliciter et de plano sine strepitu et figura iudicii /
Et de omnibus inventionibus p(re)dictorum … eius familia habeat …

partem. Et predicta non astringantur in forensibus qui apportarent bladum
de extra civitatis dicte Civitatis in civitate ad macinandum, et vellet reportare
farina ad eorum domum qui ad dictas penas non teneantur.

De porcis non extrahendis de civitate — C.xxvii

Item statuimus et ordinamus quod nulla persona de Civitate castelli vel comitatus eiusdem vel
aliunde audeat vel presumat, extrahere vel extrahi facere per se vel alium ex comitatu
Civitatis castelli aliquem porcum seu porcam et quibus ... qui contrafecerit
solvat pro quolibet porco seu porca viginti solidos denariorum, et amictat porcos qui
ducentur contra formam presentis ordinamenti, cuius bampni medietas
sit communis, et alia medietatis sit accusantis vel denumptiantis. Item quod quilibet
possit emere porcos et porcas ad suum posse ea tenenda, et etiam quilibet si eos
duxit ad vendendum ad Civitatem, et non poterit eos vendere, pro eos possit illos
ad domum suam reducere sine aliqua pena.

De hiis qui volunt transire per civitatem cum porcis grossis. — C.xxviii.

Item dicimus et ordinamus quod nullus cuiuscumque conditionis existat audeat vel presumat
per civitatem castelli transire cum porcis grossis, vel ipsos porcos ex civitate extrahere
quin primo notificet maiori offitiali gabellarum dicte Civitatis, numerum dictorum
porcorum, et de dictis porcis de una parte retrahere et vendat in Civitate vel comitatu
castelli et de aliis gabella debitam solvat. Et qui in predictis fuit repertus
fraudem comisisse, perdat porcos in quibus fraudem comisit, si fuit inventus.
Et si non fuit inventus sed denumptiatus vel accusatus condempnetur in centum
solidos denariorum pro quolibet porco et quilibet possit denumptiare et accusare et habeat medietatem
bampni, et etiam possit impune capere, et in fortiam communis ducere. Et
quilibet offitialis dicti communis possit de predictis cognoscere, summarie simpliciter et
de plano sine strepitu et figura iudicii.

De porcis non tenendis in Civitate ex domum. — C.xxx.

Item statuimus et ordinamus, quod nulla persona audeat vel presumat tenere in dicta
Civitate ex domum aliquem porcum vel porcam pena viginti solidorum pro quolibet et
qualibet vice, cuilibet cui fuit inventus porcus vel porca ex domum. Et nulli
in Civitate castelli in domo vel ex domum tenere scrofas filiaticias vel ...,
qui contrafecerit condempnetur in quatraginta libris denariorum pro quolibet et qualibet
vice. Et illos qui propterquos duceret seu duci faceret de extra Civitatis aliquem porcum

Marginal notes:

Apparet nondum in eo tractatu C.xxvii

De hiis qui voluerint transire per civitatem cum porcis grossis. C.xxviii.

De porcis non tenendis in Civitate ex domum C.xxx

vel porcam grossam vel nerem causa vendendi possit tenere ex domum ligatum

tum per unam diem et quilibet rector et officiales dicte civitatis possit inquirere de predictis

et repertos culpabiles de predicto punire. impenis predictis. Et quilibet possit

accusare et denumptiare habeat medietatem banni et eius nomen teneatur in secreto.

Et predicta non vendicent sibi locum tempore guerre vel adaventus alicuius ex

parengine et dicta guerra durante vel proprietate et comitis de civitatis

Insuper statuentes quod nullus civis comitatinus vel forensis audeat vel

presumat tenere in dicta civitate aliquem porcum vel porcos sub nomine vel colore

quod sint porci sancti Antonij sub dicta pena. Et quilibet possit tales porcos ca

pere et ipsum utilitati convertere sine aliqua pena. Et officiales dampnorum

datorum et quilibet alius officialis dicti comunis possit eos capere vendi facere pretium et

decem quod fuerit devenire ipsi habeat quartam partem. Et quod ob reverentiam

beati Antonij domini priores populi qui pro tempore erunt teneantur et debeant in

festo beati Antonij quolibet anno dimissi sunt facere solum pretium dictorum fratribus

sancti Antonij centum libras dictis

Quod nullus laboret diebus dominicis vel festivis —— CXXXI

6 Statuimus et ordinamus quod nulla persona audeat vel presumat laborare vel la

borari facere diebus veneris sancti diebus dominicis diebus festivitatis

beate Marie virginis diebus festivitatum sancti Floridi et Amantij et

omnium apostolorum sancti Donati sancti Augustini sancti Fortunati sancti Petri martiris

nec apertam teneat aliquam apothecam sive cameram causa vendendi aliquid seu

emendi ad grossum vel ad minutum et qui contrafecerit solvat comuni pro dampno grossum

solidos decem et quotiens contrafecerit. Et quilibet sit licitum accusare et habeat me

dietatem banni. Exceptis et exprimimus apothecas spetiarios qui vendunt spetie vel

incensum qui possint fenestrellas tam apertas apertas tenere et vendere

omnibus emere volentibus sine pena et bampno. Salvo quod si aliqua

dictarum festivitatum venerit in die sabbati aut tempore fori annualis quod liceat

omnibus cameras apertas tenere emere et vendere sine pena et bampno.

Item quod omnibus feratoribus liceat ferrare equos cavallate et stipendiariorum et

aliorum forensium et teneantur et debeant etiam ferrare diebus dominicis et

festivis aliquo capitulo vel ordinamento in contrarium non obstante pena et bampno

et liceat ipsis feratoribus observare tamen retinere cameras apertas. Item
quod nullus barbitonsor possit nec debeat diebus dominicis nec etiam diebus
beate marie virginis et apostolorum sanctorum confessorum floridi et amantii ra-
dere aliquam personam pena et bampno viginti solidorum. Item quod molendinarii non
debeant molere alicui persone pena et bampno viginti solidorum denariorum diebus
dominicis et pascalibus. Item quod quando accidet quod aliqua ex dictis festivitatibus ve-
niret de die sabbati, quod ea die barbitonsores possint radere et apo-
thecarii eorum tenere apertas dummodo tamen hoc faciat. Item quod quilibet mer-
cator et artifex possit in diebus dictarum festivitatum tenere sportellos
eorum apothecarum apertos et vendere dummodo non laborent. Salvo quod diebus
dominicalibus et pascalibus non possint ullo modo sportellos apertos tenere. Item
quod nulla persona de civitate vel comitatu vel aliunde possit vel debeat somegia-
rum cum alibus vel salmas in civitate mictere vel exsomegiare ad penam
quatraginta solidorum denariorum pro quolibet contrafaciente, et quilibet nuncius [illegible]
possit accusare contrafacientes et habeat mediatem bampni, et teneatur
nomen eius in secreto. Et hoc non intelligatur in victualibus et in salmis
mercantiarum, ~~quando salmas mercantiarum~~ venirent in civitatem vel tra-
sirent. Salvo quod id quod de somegiando dictum est intelligatur et lo-
cum habeat in diebus istis: in pascate nativitatis domini, resurrexionis,
pentecostes, in festo omnium sanctorum, et corporis Xpi, die veneris sancti,
in festo sancti floridi, die ascensionis, festivitatibus beate marie
virginis et omnium apostolorum. Salvo quod de mense augusti, septembris et octobris
quilibet possit somegiare in diebus cuiuslibet festivitatis predictarum. Et
custodes portarum non permictant tales somegiantes intrare per
civitatem. Et hoc per civitatem publice bampniatur.

De ponderibus et mesuris et pasectis iustificandis — C. CXXXVI

De ponderibus mesuris et pasectis adiustandis — CXXXVI.

Item dicimus et ordinamus quod nulla persona in civitate vel comitatu castelli debeat
scienter vendere nec emere ponderare vel mesurare aliquid cum aliquibus
pasectis, mensuris, belanciis, vel stateriis non iustis vel non sigillatis
sigillo comunis. Et qui contrafecerit solvat de facto pro quolibet et qualibet vice

centum solidorum denariorum

Centum s. den. de facto, et nullus audeat vel presumat tenere dictas
mensuras vel pondera non iustas vel non sigillatas in aliqua apo-
theca vel banco et qui contrafecerit solvat de facto Centum s. denariorum.
Et si reperirentur aliqua pondera vel mensure non iuste que essent
sigillate seu sigillata condempnetur tales retinens in pena predicta.
Et ille qui sigillavit tales mensuras non iustas vel pondera non
iusta condempnetur in viginti quinque libr. den. Statuentes quod omnes
et singuli qui non dederint iustum pondus vel mensuram pu-
niantur pro quolibet et qualibet vice in quadraginta s. den. Et quod omnes et
singuli vendentes ad pondus teneantur vendere cum pesis et
ponderibus sigillatis cum belanciis, et cum stateriis parvis.. salvo
quod a viginti quinque libr. supra possint ponderare cum statera magna
etc. et qui contrafecerit solvat Centum s. den. pro qualibet vice. Et quod
omnes et singuli macellarii et brustolaioli et alii qui consueti sunt emere
et vendere ad pondus statere, ad rationem quinquaginta unciarum
pro qualibet quatrina, teneantur et debeant carnes et alias res quas
vendunt ad minutum vendere ad pondus belanciarum, quod pondus
sit ad rationem illud ad quod emunt usque in decem libr. ponderis, ab inde vero
supra possint vendere cum statera recta et legali, spetiarii vero et alii vendentes
ad pondus bellanciarum debeant tenere bellancias applicatas, non appo-
diatas, et quod belancia in qua ponitur pondus debeat distare a balla
per unum pedem, ad dictam penam Centum s. den. Salvo quod si appodiata retinuit
sit belancia apodiata in qua ponitur pondus inferior. Et quilibet vendens
ad pondus vel ad mensuram debeat dare et facere iustum pondus vel
mensuram, et qui contrafecerit in quadraginta s. den. vice qualibet puniatur, et
teneatur dominus potestas quolibet mense semel in regimine suo per suum notarium facere
de pesis per apothecas inquirere, et repertos culpabiles de facto punire in pena
predicta, et credatur relationi dicti notarii et possit quilibet accusare et habeat medietatem

Dictetti Bampini | De macellariis et pena carnis —— LXXXVI

Item statuimus et ordinamus quod quilibet macellarius vel carnes vendens
ad minutum teneatur et debeat omnes singulas carnes recentes vendere
ad pondus exceptis carnibus delvatinis capretti vel angnini et capitibus

7 tenerib[us] bestiar[um] et cuilib[et] petenti vendere iusto p[re]tio 7 iustum
pondus dare, ac etiam eidem dicere si ab eo petitu[m] fuit veritate[m],
unde dicte carnes sint et que carnes sint, q[uod] si contra fec[er]it ip[s]e
vel aliquo p[re]dictor[um] condempnetur i[n] quatraginta s. den. Et no[n] possint
dicti macellatores vel carnes vendentes nec aliquis p[ro] eor[um] cum
flore vel canello vel alio mo[do] aliqua bestia inflare, nec grossum
dicte bestie in alia ponere nec [...] pinguedine aliqua
addere, q[uod] si factum fuit, puniatur p[ro] quolib[et] castrone, capra, pecude,
capretto, agnio, vitello in viginti s. den., p[ro] qualib[et] no[n] vitella ma-
g[n]a vel bove in centum s. d. Et no[n] possint nec debeant dicti macella[tores]
vel carnes vendentes tenere carnes castratinas i[n] uno eode[m] banco
cu[m] carnibus ircinis, caprinis, pecudinis, vel berbecinis, nec car-
nes porcinas cu[m] carnib[us] scrofinis, nec carnes vitellinas de lacte
seu que tenerent dentes lattarolos cu[m] aliis carnib[us] maximis
